S. M. C.

DISSERTATIO DE ORIGINE ILLUSTRIS ILLIUS REGULÆ:

S. ROMANO-GERMANICI IMPERII, ELECTORES, DUCES, MARCHIONES, LANDGRAFIOS, BURGGRAFIOS, PRINCIPES, COMITES, BARONES & cœteros in his accenſos, TERRITORIIVè, quos vocant, DOMINOS, tantum poſſe in ſuis territoriis, quantum IMPERATOR in Imperio.

Ejuſdemq; item uſu frequentiſſimo;

Cujus documenta aliquam multa, ex ſerie Inſtitutionum Juris, compoſita ſubjunguntur.

QUAM

AUSPICIO DIVINO,

PRÆSIDE

VIRO Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo

DN. HULDERICO Eyben/

J.U.D. ET IN INCLUTA HAC ACADEMIA JUR. CAN. Profeſſore Digniſſimo, Præceptore ac Fautore ſuo, ſummo honoris cultu perpetim colendo.

Publicè ventilandam proponet

WERNER RUDOLPH von der SCHVLENBVRG/

NOB. MARCH.

Die Menſ. Septembr.

GIESSÆ, Excudit CASPAR VULPIUS. Anno 1660.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

D. FRIDERICO WILHELMO,

MARCHIONI BRANDEN-
BURGENSI,

SACRI ROM. IMP. ARCHICAMERARIO
& ELECTORI,

MAGDEBURGENSIUM, PRUSSORUM,
JULIACENSIUM, CLIVENSIUM, BERGENSIUM,
STETINENSIUM, POMERANORUM, CASSUBIORUM,
VENEDORUM, necnon in SILESIA, CROSSENSIUM
& JEGERNDORFFENSIUM DUCI, BURGGRAVIO
NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADEN-
SIUM & MINDENSIUM, COMITI in MARCA &
RAVENSPERGA, DOMINO in RA-
VENSTEIN,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

FELICISSIMA QUÆq; EX
VOTO PRECOR.

SERENISSIME ET POTENTISSIME PRINCEPS,

DOMINE CLEMENTISSIME,

CUm in ſpecimine hoc, quod lucem nunc ſubit, adornando, animus etiam nunc hæreret, haud rarò mecũ expendi, cujuſnam auſpiciis eò felicius id effici poſſet. Et dum hiſce cogitationibus enixius incumbo, CELSISSIMI NOMINIS TUI *Reverentia, beneficiorumq; (quæ nõ ſolum in Parentem meũ, utpotè ſingulari Tuâ gratiâ ad ampliſſimos honores provectum, ſed & in totam familiam ubertim exundant: nec imò in me quoque modicæ partes ex limpidiſſimo quaſi bonitatis Tuæ fonte effluxére) ingens cumulus mentem ſæpius perſtrinxit, exiſtimans, non poſſe commodiorem oportunitatem capi, devotiſſimi gratiſſimiq; animi mei obſequium* SERENISS. CELSITUD. TUÆ *teſtatum faciendi. Etſi verò non ignorem, opuſculum hoc vilius fortaſſis eſſe,*

quam ut tanti PRINCIPIS *cultui devoveri merea-tur & ſacræ* ELECTORALIS FASTIGII TUI *aræ conſecrari, cum ex cõmuni proverbio, Magnos magna deceant: Proinde conatus hic meus â temeritatis notâ vix abſolvi debere videatur. Quia tamen incomparabili* CELSITUD. TUÆ *benignitati, quâ, omnes Tibi ſubditi ſummi pariter atq; infimi, gaudent fruunturque, innixus unicè, non adeò difficilem mihi viam ad* TUAM GRATIAM *fore, ſpero: & in præſentibus quoque paginis tractantur nonnulla, Principali forſan apice non indigna: Nihil planè diffido, & me abſque* gratioſo quodam afflatu *â* CELSITUD. TUÆ Facie *non iri dimiſſum. Suſcipies ergo,* CLEMENTISSIME PRINCEPS, *hunc qualẽ qualem ingenii mei partũ, ſerenoq; vultu reſpicies, quò is, patrocinio* TUÔ *fretus, omnis offenſæ ſecurus, à quovis benevolo Lectore tantò avidiùs expetatur.*

DEUM *Ter. Opt. Max. interea ſupplex veneror, ut* SERENISS. CELSITUD. TUAM *ſalvam incolumnemq; diu præſtet, omnibus* IPSIUS *votis conſiliisq; feliciter adſpiret, & denique per longa annorum curricula in tranquillâ ac quietâ pace, ad ſenium fortunatiſſimum componat.*

ELECTORALIS TUÆ SERENIT.

Devotiſſimus humillimusq;
Cliens ac Servus

Werner Rudolph von der Schulenburg.

gobard. *l.2.tit.47. leg.1.* Baiwar. *tit. 2. cap. 1. & 9.* Marculphi *form. 32.*

Addi poſſunt è JCtis Scipio Gentilis *lib.3. de Juriſdict. cap.23.* Andr. Knichen *de jure Territor. cap.3. num. 312. & 860. de Veſtit. pact. part. 3. cap. 2. n.41.* Joh. Bodin. *lib. 3. de* Republ. *c. 5. pag. 436. Edit. Lugdun. 1593.* Matthias Stephani *de juriſd. lib.1. p.2. c.6. n.4. ſeq.* Anthon. Coler. *de* Imperio Rom. *Germ. concluſ. 57.* Beſold. *de Comit. & Baron. aphor. 12. de jure* Publi*co. p.3. c.6.* Daniel Lipſtorp. *de excluſ. & form. Monarch.* Pap*al. in epiſt. dedicator.*

Quorum tamen pleriq; de illis ipſis, quæ nos jam expendimus, temporibus, non loquuntur: alii Francorum & Regum & Imperatorum tempora confundunt: alii indefinitè agunt.

Atque ſic ergò ſub Regibus Francorum rem ſe primò habuiſſe in comperto eſt: mox verò ut Regum ſenſim attenuata poteſtas decrevit, ita ſimul à Monarchicis hiſce Romanorum inſtitutis deflecti cœptum, Magiſtratuum paulatim crevére jura, ipſis olim Regibus gravia futura, imò formidanda, & tantum non exitioſa: ſi civilem ſcientiam profeſſis credimus. *Deinde*, pergit Æmilius, *inveteravit conſuetudo, ut niſi ſceleris convicti, abire* Imperio *non cogerentur; idque poſtremò. ut quiſq; eo munere donabatur, jurejurando* Regum *cavebatur.* Sup. cit. l.1. p.32.

PRIMA itaq; portio, & quaſi caput latentis incrementi fuit, quod Magiſtratus redditi perpetui, non niſi cum vitâ deponendi. De quo eodem ita Bodinus. *Comme il s'eſt faict des Duchez, Marquiſats, Comtez qui peu à peu ont eſtè ottroyées aux particulsers à vie*, & juxta hæc exaudiendus Douſa: *Ducum*, ſcribens, *Comitum ſive etiam Marchionum dignitas po-* d. c.5.

teſtásque temporaria olim fuerat, & morte finiebatur d. lib. 5. *p.* 212. add. 1. *Feud.* 1. §. 1. *verb. Deinde.* Quô de more quid olim ſenſerit *Brutus*, interprete *Halicarnaſſeo*, non minùs Politico quàm Hiſtorico inſigni, audiamus. Ita autem ille *lib.* 4. *hiſtor. Ad retinendos in officio ſummos Magiſtratus omnium utiliſſimum eſt, ut perpetuum non ſit, & cum vitâ demum finiendum imperium. Prægravis enim eſt omnis Magiſtratus cui nullum certum tempus præſtitutum, eoq; rationem repoſcitur à nemine, unde Tyrannis naſcitur. Imperandi verò parendique viciſſitudo & poteſtas, antequam corrumpant animum, relinquenda, reprimit ingenia faſtuoſa, nec ſinit inebriari licentiâ nimiâ.* Notandum verò hîc, idem exemplum ad Majorem ſeu Magiſtrum Domus & Magiſtrum Militiæ ſeu Comitem ſtabuli, Summos Regni Senatores & Præfectos, perveniſſe, teſtante Æmilio *d. lib.* 1. *ſub Chilperico p.* 32. *in fin.*

Secundum inde fuit, ut niſi ſceleris convictos, poteſtate exuere non liceret Regi, non aliâ ex causâ, nedùm pro lubitu, huc ſpectat lex IX. Baiwar. *Tit.* 2. *Si quis autem Dux de provinciâ illâ quam* Rex *ordinavit, tam audax, aut contumax, aut levitate ſtimulatus, ſeu protervus & elatus, vel ſuperbus atque rebellis fuerit, qui decretum Regis contempſerit, donatum dignitatis ipſius Ducati careat, etiam & inſuper ſpem ſupernæ contemplationis ſciat ſe eſſe condemnatum, & vim* (fortè *viam*) *ſalutis amittat;* Atq; legem hanc quandoq; Reges exercuiſſe, præter exempla, in documentum ſervire poterit locus Vadiani: *Munere ſuo & ipsâ officii dignitate ſæpè privabantur Comites, quemadmodum & Epiſcopi & Abbates, haud rarò & capite plexi, ſi quid atrocius ſuperbiusque commiſſum fuiſſet, lib.* 1. *de Colleg. & Monaſter. Vet. German.*

Tertium non ſine admiratione videtur tranſmittì

debere:

debere: Reges puta de omnibus, quæ memoravimus hactenus, jurejurando Miniſtris ſuis fidem dare adactos fuiſſe. Nec opinor fidem hic *Æmilio* derogare fas erit, cujus ſummam in hiſtoriâ fidem exoſculari ſe, ait *Eraſmus* in *Ciceroniano ſuo*, vid. Gerhardus Joh. Voſſius *lib. 3. de hiſtor. Lat.* Sed & idem Aimoini (qui Carolo M. cœtaneus) Paradini & Vignierii teſtimonio aſſerit Andr. Knichen *de jure territor. cap. 1. n. 309.*

EGREGIUM porrò alluvioni iſti robur acceſſit à vinculo Feudali, Dominum Vaſalloſq; mutuis velut fœderibus conſtringente, hisq; Dominium quoddam Provinciarum tranſcribente: Rem ipſam ſuppeditat Loyſeau *des Seigneur. chap. 5. n. 34. ſeq.* hiſce, interprete *Limnæo*, latinis verbis: *Inter Duces ac Comites Imperii Romani & Regni Franciæ hæc erat differentia, quod illi tantum eſſent officiarii ſimplices, quemadmodum etiam erant Proconſules atque Præſides provinciarum; ac pro ſuſtentatione ſuâ exigebant à populo, jure vel conſuetudine, pecuniam,* ut Caſſiodorus tradit. *In Francia autem Dominatus territorii* (In Gallico Idiomate aliquid amplius innui videtur: Mais ceux de France, *ait Autor,* auoient la ſeigneurie de leur territoire miſe à leur office &c.) *unitus erat cum officio, & tenebatur in Feudum uſque ad mortem, ita ut eſſent ſimul officiarii & Vaſalli; quales nos appellamus Dominos* (Seigneurs) add. 1. *Feud.* 1. §. 1. Equidem non ignoramus Feudorum incunabula ad propiores Caroli M., Conradi, Ottonis II. tempeſtates referri à nonnullis, magni etiam nominis & graviſſimis authoribus, Cardinale Cuſano, Jano Douſa, Ferrario Montano aliis. Veriores tamen procul dubio, qui altius prima initia repetunt, ab ipſo adeò Merovingorum Imperio, vid.

Notit. R g. Gall. lib. 4. c. 8. lit. P.

LL. *Baiwar.t.2.c.1.§.3.cap.15.tit.10.c.5.tit.17.&* *2.t.11.c.15.* Aleman. *t.36.*§.5. Wiſigoth. *l.2.t.1.* *l.34.* Salicorum *tit.62.* Ripuat. *tit.56.* Angl. *t.6.* Longobard. *paſſim* Aimoin. *de reb.geſt. Franc.lib.1.c.14.* Heigius. *lib.1. quæſt.1. n.25.ſeqq.* Knichen *de jur. territor. c.1. n.916 ſeq.* Literæ fundationis Monaſt. Weiſſenb. à Dagoberto factæ, *quas recitat.* Trithem. *Annal.1.pag.51.ſeq.*

Insimul autem & hoc, inſignis certè incrementi nomine colendum, receptum videtur, ut Duces & Comites non magiſtratus duntaxat explerent munia, aut judicandi fungerentur provinciam, Prætorum ad inſtar, Rectorum ſeu Præſidum: Sed Comitatu vel Ducatu in Feudale beneficium tradito, conſequerentur unà tantùm non omnium Majeſtatis iurium diſpenſationem, Regium in morem; hoc ſaltem diſcrimine, quod alienis auſpiciis exercitionem agerent. Inde & eiuſmodi Ducatus vel Comitatus feuda Regalia dici cœperunt, & ipſa adhærentia, quæ diximus, jura, itidem Regaliæ ſeu Regalia.

Vid. tit. quis dic. Dux. &c. cap. un. quæ ſunt Regal. cap.1. de feud. March. junct. 2. Feudorum 34. Schrader. *de Feud part.2.cap.3.n.3.* Knichen. *d. cap.1.n.1175.ſeqq.* Reinkingk *de* R.S. *& E. lib.1. Claſ.4. cap.16.n.6.ſeqq.*

Hujus præterea rei indicinam capimus, tum generaliter ex Legib. Bajoar. *tit. 2. paſſim* Alemann. *cap. 35.* & ex eo quod Hinckmarus ſcribit; Eâ tempeſtate Dagobertus rerum potiebatur, ſub quo idem Dux, *dignitate modicum à ſublimitate Regiâ differente*, præditus, omnia Regni negotia prudentiſſimâ diſpenſatione ordinabat, citante Frider. Lindenbrog. *in Gloſſar.*

In Epiſt. ad Epiſcopos Franc.

Gloſſar. verb. Dux & Princeps. Tum in ſpecie exinde, quod Legum condendarum ſibi ſumpſerint arbitrium Duces, vid. Loyſeau *des ſeigneur. cit. chap. 5. n. 30. & 40.* clauſulam exſcripſit Limnæus in *Notit. Regni Franc. lib. 2. cap. 6.* Bojorum Ducis, Taſſilonis, ejus, quem poſtea Carolus M. Majeſtatis damnavit, Leges ſub elogio *decreti Taſsilonis* evulgatæ, in codicis L. L: Bajovaricarum calce comparent. In proœmio illarum notari merentur verba, Regium jus præ ſe ferentia; ita enim Decretum incipit: Regnante in perpetuum Domino noſtro Jesu Christo, in anno verò XXII. *Regni Religioſiſsimi Ducis Taſsilonis, gentis Bajoariorum*, ſub die Conſulum, quod erat II. Idus Octobr. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXII. Indict. X. Divinâ perflatus inſpiratione, ut omni, *Regni ſui* prænotatus Princeps, *Collegium Procerum* coadunaret in illam publicam &c. Inſuper gentis ſuæ *Inſtitutiones legum* per Primates *Imperii*, universâ conſentiente multitudine, quæ reperiit diuturnitate vitiata, & quæ videbantur abſtrahenda, *evelleret*, & quæ *decretis placerent* componenda *inſtitueret &c.* Cuncta Regem ſonant, cujus tamen titulo abſtinuit Taſſilo, ſcilicet ne ita obſequium Regis ſui exuere videretur. Sed imò ipſi Reges Francici, Merovingæ puta familiæ, in LL. Bajoar. *tit. 2. cap. 20. §. 1.* Agilolfingos *Summos Principes* iſtius gentis ſalutant. Nec dubium fortè, in aliis Regni partibus ſimilia ſibi licere exiſtimaſſe, atq; uſurpaſſe Proceres. Sic Vaſallos cæteroſq; pagenſes ſeu Incolas cujuſcunque pagi ſeu Comitatus, ad ſerviendum non minus Comiti quàm Regi obſtrictos fuiſſe: haùd obſcurè colligitur ex chartâ LXXVII. ſcripta anno XV. Regni Pipini Regis Franc. & Patris Caroli M.

apud Goldaſt. *tom. 2. antiquit. Alam. part. 1.*

 Quin

Quin imò jam ſub Rege Clodovæo, aliâs Ludovico II. Epiſcopas dandi ſeu conſtituendi poteſtatem, & aliorum quoq; Eccleſiaſticorum jurium exercitium ſibi ſumpſiſſe probant ea, quæ habet Theodor. in *vita S. Magni. Lib. 1. c. 8.* Walafrid. Strabo *in vita S. Galli lib. 1. c. 16. 17. 19. 20. 24. & ſeq.* add. *lib. 2. cap. 15. & 16. item de vita S. Othmari c. 4.* ex quibus patet, quod Comites jam dum vix timuerint Reges ſuos.

Eo deniq; res devenit, ut Magiſtri equitum ſeu Majores Domus, Regum gloriâ cum Lothario III. immortuâ, ſimulatione Regiæ Majeſtatis tuendæ, de adminiſtratione pro opibus quiſque ſuis (verba ſunt Æmylii *lib. 1. de reb. geſt.*
p. 46. *Franc.*) majore audaciâ decertarent, uſq; dum in ipſos omnis vis dominandi tranſiit, Regibus nîl niſi nomine relicto. Re-
p. 56. ges tantum, iterum ait diſertiſſimus *Æmilius*, Calend. Maji, in publicum prodibant, copiam ſui facientes, muneraq; viciſſim & accipiebant & dabant, nullo alio publico virorumve munere functi. *Contra Magiſtri equitum Imperatorum Regumque legationes audire, reſponſa reddere, fœdera icere, pacis, belli, legum, inſtitutorum arbitri moderatoresq́;.* Quantò magis illi (Reges) ſummam rerum ab ſe, ut gravem moleſtamq́;, rejiciebant, *tantò magis hi ſuum jus incrementaque virium authoritatisque ampliora faciebant*; hactenus elegans author. De iiſdem Trithemius *annal. lib. 1. ſub Rege Lothario* III. Abhinc, *inquit*, Reges Francorum uſque ad Pipinum, Caroli M. Patrem, per annos fermè 90. à ſolitâ fortitudine & ſcientia degenerantes, *ſolo nomine regnabant*, nihil dignum Regali officio peragentes: *Sed omnis poteſtas gubernandi Regnum erat penes Aula* Principes, qui Majores domus fuerant nuncupati. Et in lib. *de Orig. Francor. p. 93* Hildericus, Theodorici Regis filius, genitori mortuo ſuccedens, ſolo nomine regnavit an-

vit annos XIV. Nam & opes & potentia Regni penes palatii Præfectos, qui Majores domus dicebãtur, ad quos totius rei ſumma pertinebat &c. *Add.* Walafrid. Strabo *d. lib. 2. c. 3. 7. & 11. ubi jam data narrationis documenta.* Cujus etiam Hilderici anno 14. Pipinus Major domus, cum re tandem & nomen Regium ſuſcepit.

Septimo denique loco, ultima Ducum Comitumque potentiæ quaſi manus acceſſit, certa ac perpetua, quâ poteſtatem, quâ dignitatem, ſucceſſionis ſpes in liberis, fratribus, agnatis: Subſidium dominationi optimum, & firmiſſimum Imperii munimentum, *vid.* Tacit 1 *annal. ibique.* Forſtner. *p. 11. &* Don. Pio Mutio *ad lib. 4. hiſt. ibiq;* Vernulæjus *obſ.* 14. Marcheſe Malvezzi *diſcurſu 18. Dux Bajoarium ſemper de genere Agilolfingorum fuit & eſſe debet*, inquit Rex Francorum Dagobertus in LL. Bajoar. *tit. 2. cap. 20. §. 30. quia ſic Reges anteceſſores noſtri conceſſerunt eis, ut qui de genere eorum fidelis Regi erat, & prudens, ipſum conſtitueret Ducem, ad regendum populum illum:* idem tradit B. Rhenanus. *lib. 2. rer. Germ p. 84.* addens: *E quâ (familia) Welphones prodiiſſe ſuſpicor, quos Otto Friſingenſis ab Adulfio cognominat, ubi quidam putans legendum ab Altdorpio.* Et de Ducibus in univerſum teſtatur Lehmannus in *Chron. ſuis l. 2. c. 16.* Wen ein Hertzog Mänliche erben hinterlaſſen / haben ſie ihren Eltern in der Regierung durch des Königes vnd der Stände des Reiches Bewilligung gefolgt / deren ſtelle erſetzet vnd verſehen. Doch iſt den Söhnen der Titul eines Hertzogen / weil es ein Ambtsnahme / nicht ehe zugemeſſen vnd gegeben worden / es habe den einer dem Vatter im Regimente gefolget. Nec in Comitibus, quorum ſæpe & Ducum appellationes promiſcuè acceptæ reperiuntnr,

Beſold.

Beſold. de *Comitib. concl. 13. in f. Lehm. lib. 2. c. 42. &* Argentrèe *en l'hiſtoir dè Bretaign. l. 3. chap. 1. lit. C. D. & ch. 64.*

aliud obtinuiſſe probant ex cap. Caroli Calvi, quod extat ap. Mireum *Annal. Belg. ad annum* 877. *vid.* Beſold. *theſaur. Pract. voce.* Graffe. ſed hîc quidem intempeſtivè: cum quicquid de Ducibus jã jam notavimus, nõ niſi de ætate, quæ Caroli M. vel præceſſit Imperium, vel ejus initia occupavit, ex audiri debeant. Nihilò tamen magis dubitandum, poſtquam & Comitivæ dignitas ac officium, ad inſtar Ducalis, feudi titulo cõceſſũ, liberos neglectos fuiſſe, arg. *1. feud 13. pr. & 1 feud. 1. add.* Knichen. *de Iure territor. c. 1. n. 861. ſeqq.* Ita quidem de Waltramno Comite Turgoviæ, quod ſylvam, in quà S. Galli Cella, à Patre & reliquis majoribus (inter quos fortè primus fuit Talto, Camerarius Reg & Comes Turgoviæ, de quo Ratpert. *in Caſ. Monaſt. S. Galli c. 1. & 2.*) hereditario jure acceptam poſſederit: Autores ſunt Strabo *d. lib. 2. c. 11. & in vita S. Othm: c. 1. &* 4. Iſo *de Mirac. S. Othm. c. 5.* Et facit præterea, quòd lubentioribus & æquis animis ſuccedendi iſtum morem invaluiſſe, per ſit credibile, quoniam ita, quale quid favorabile dicunt noſtri

Felin. *in cap. cum omnes. n. 7. & 15. x. de Conſtit.* Juſtus Rebeur, *ap.* Klock *vol 3. Conſil. 153. n. 289,*

ad priſca Germaniæ jura propiùs reditum videri potuit, de quibus hunc in modum *Tacitus*: Inſignis nobilitas aut magna Patrum merita Principis dignationem, etiam Adoleſcentulis aſſignant. Ex quò ortum conjicit H. Grotius, ut *Juris dictiones pagorum vicorumq; diu in familiis nobilibus cõtinuata, poſtremò fierent velut hereditaria.* Certè & in hoc caſu moris veſtigia eluceſcunt, quod, uti Principi olim Comites

d Mor. Germ. c. 13

c 2. de Antiq. Reip. Batav.

mites additi, quibus ut alia nunc taceamus, infame in omnem c. 14. d. tr.
vitam & probroſum, *verbis Taciti iterum utimur*, ſuperſtites principi ſuo ex acie receſſiſſe, illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ ejus aſsignare, præcipuum ſacramentum erat. Principes pro victoriâ pugnabant; Comites pro Principibus. Ita ſuccedentibus ævis, Duci cuivis certus aſſignatus ſubjectusvè Comitum numerus, & quidem duodenus, ceu ex

> Ottone Friſing. *lib. 5. Chron. c. 20.* Aimoin. *lib. 4. de. geſt. Frāc. c. 61.* Reginone it. & Sigeberto probat Ianus Douſa *l. 5. Annal. Holland. p 218.* add. tamē Pithœ. 1. *adverſ.* 8. Leheman. *l. 1. c. 16. poſt pr.* Kniché *d. c. 1. n. 263. ſeqq.* Heig. *l. 1, quæſt. 2. n. 38* Limn. *l. 4. Iur. Publ. c. 3. n. 21. in* addit. D. Bœcler *in Carolo M. p. 15.*

Dè hiſce ergò, quod innuimus, facundus ſenex *Douſa* ita enarrat: Ubicunque pugnam aliquam inter Chriſtianos & Infideles circa ea temqora commiſſam lectitamus, ubi Ducum aliquis pro aris & focis impigrè depugnans, & diem & locum prælii clade ſuâ funeſtum infauſtumq; reddidit; toties duodenos item comites vitam pro religione effudiſſe, ac Duci ſuo, ut pugnæ infeliciter tentatæ, ita necis quoque ad extremum ſocios extitiſſe invenimus. Cujuſmodi exemplorum & Dithmarus tibi, aliique mediæ ætatis ſcriptores copiam ſuppeditabunt. Hucuſque *Douſa*: ſed in viam nos recipimus.

Ita vidimus, iſthic quidem procerum naſcentem, ſuccreſcentem, adultam denique & florentem, illic Regum, in Clotario imprimis III. ejuſque ad Childericum III ſucceſſoribus, magis magisque decreſcentem potentiam, donec tertio, quem diximus, Hilderico, Merovingæ familiæ ultimo,

 deten-

detenſo, & in clauſtra Monaſterii cujusdam condito. Pipinus Palatii præfectus, & Equitum Magiſter, Majorem Domus dixere, Caroli Martelli, primi omnium ex Majoribus illis Principis Francorum ſalutati, filius & Caroli M. parens, Rex renunciaretur, de quo

Eginhard *in vitâ Caroli M.* Sigebert. *ad ann.* 750 Iſo Magiſt. *de mirac. S. Othm. c.* 5. *anno.* 753. *indict.* VII. *id factum ſcribens.* Trithem. *in Compend. Annal. in f. & de Orig. Franc p.* 95. *& plenius* Æmyl. *de reb geſt. Franc. lib* 2. *p.* 62. *ſeqq. add.* Limn. *in Notit, Regn. Frāc. l.* 2. *c.* 16. *lit. L.* ubi juſtitiam illius depoſitionis examinat.

Inſignis verò hujus mutationis cauſam non aliam reddunt, quam ſegnitiem Regum, inertiam ac ſocordiam. Nec falli, temerè dixerimus. Preſſius tamen & altius rem expendentibus, in mentem venit, an non totius negotii ſeries proceſſiſſe videri queat iiſdem è ſeminibus, quæ ſuperius indigitavimus: Neglectum, inquam, ſeu ignorationem minutorum Artis. Non diſſimulanda hic ſagax *Æmylii* prudentia: *qui* ab exiguis, *ait*, initiis, Magiſtri Equitum profecti, ut qui Magiſtri Aulæ vocitati fuiſſent, novas ſemper ſibi vires parientes, ad ſumma *paulatim* enitebantur, & Regibus deſidibus, quò cupiditas ferat, evadent: quod etiam, ut Reges *exortam ſemel licentiam* frenare in animum induxiſſent, vix inhibere potuiſſent, coalitas vetuſtate, atque adeò *velut legitimas vires Ducum ſuorum.* Subjiciens grave Epiphonema, quod quin adſcribamus, continere nos non quimus: *Adeò,* pergit, *ſummis Imperiis, nihil negligendum eſt, audaciaque, antequam radices agat in ipſo exortu vindicanda: quando cum inveterarit, velut jure ſuo ſævit, nec evertitur, niſi cum magnâ*

ſui

ſui continentiumque ruinâ, ſæpeq; oppreſſis ipſis vindicibus. Hæc magnis Regnis Imperiisque ſint documenta, fruſtraque conſcriptio eſſet & memoria rerum, niſi eam ſequerentur regnandi præcepta, ſuaq; cuiq; Reip. Regiavè exempla frugifera. Quibus *politiſſimi Scriptoris*, verbis ſimul docemur, reliquas etiã, quas ſup. tetigimus, cauſas, ambitionem, publicique curam, occaſionibus conficiendi mutationis negotii innexas, acriter commodiſſimè que ſubſerviiſſe. Sed mittemus nunc illa: verſas autem Carolingorum auſpiciis vices rerum, contueri ſatagamus.

CAPUT III.

IN Correctionibus Rerumpublicarum accidere ut plurimum ſolet, ut priſtinæ faciei quædam veluti lineæ, colores & veſtigia, poſt cenſuram quamvis cordatiorem, remaneant. Conſultum imò exiſtimatur, qualem qualem ſpeciem aut umbram veteris formæ relinquere, atque ita illudere iis, qui Status emendationem fraudi ſibi fore, quique negotio illo luculenter ac ſincerius tractato, quaſi vilitatem ſibi ſuam exprobrari, pudoremque onerari arbitrarentur, ægrèque ferrent. Nam & alias facilè, faſtidio præſentium, antiqua laudare, expetere, deſiderare pleroſque, nimis quam compertum. Quæ res, quò periculoſioribus turbis materiam ſæpè numerò ſtimuloſque excivit: tantò intenſiori ſollicitudine ſive cavẽda ſive cõcinnanda. Ut ut ergò novæ Frãcorum ſtirpis, Principes maximè Reges, fortiſſimi ipſi & ſapientiſſimi, interque eos Carolus præcipuè M. Romanorum, Germani ſanguinis, primus Imperator, Ducum, Magiſtrorum Palatii ac Comitum vires nimias acciderit, diſſipaverit, fregerit, h.e. Reip. diſciplinæ & tenori accommodare ſategerit, de quô conſul.

 Egin-

Eginhard. *in vitâ Caroli M.* Ermericus Monachus Elwang. *in ſuplem vit. S. Magni c.* 14. *ap.* Goldaſt. *p.* 2. *rer. Alem fol.* 314: (*clauſulam, quam volumus, Chronico ſuo lib.* 2. *c.* 42. *inſeruit* Lehemannus, *ſed mutilatam*) Abbas Stadenſ. *ad ann.* 788. B. Rhenan. *l.* 2. *rer. Germ. p.* 89. Vadianus *de Monaſt. vet Germ.* (*cujus iterum verba in hanc rem competentia perperam deſcribit* Lehm.) *l,* 1. *ap.* Goldaſt. *d. tr. fol.* 35. *part.* 3. Æmil. *l.* 2. *de. reb. geſt. Franc.* Lehem. *l* 2. *Chron. Spir. c.* 16. Loyſeau, *des Seigneur ch.* 5. *n.* 36. Ming. *de* Iur. *territor.* θ 21.

Et quidem, uti varia uſus ſolertiâ, ita conſilium Duces potentiores, Bavaricum, Aquitanicum &c. in ordinem redigendi, Ducatibus in plures Comitatus deſcriptis

vid. Eginhard. Rhenan. Lehem. *dd. locis*

5. Pol. 11. ab ipſo Ariſtotele edoctus videri poſſet, qui communem hanc omnis Imperii unius cuſtodiam prædicat, *neminem efficere unum magnum, aut certè plures, obſervabunt enim* inquit, (: τηρήσουσι:) *ſeu cuſtodient ſe invicem.* Prout & ejusdem Philoſophiæ habenda legumlatio, quâ iſthic Miſsis regiis, Comitibus illic & Epiſcopis mandatum, ut mutuò alterius actiones alter attenderet, rimaretur, & ad Regem, ſi quid ſequius geſtum, fideliter referrent

Capitular. Carol. M. & Ludovic. Impp. *l.* 2. *c.* 12. *add. inf. dicenda.*

Magnô procul dubiô omnia Regiæ Majeſtatis bonô. Unde, quod obiter notare liceat, Carolini ævi auſpiciis, Regum poteſtatem, quæ poſterioribus Merovingorum temporibus imminuta, penitus obſoleverat, ad illuſtre & plenum faſtigium evaluiſſe; rectè obſervavit Boeclerus *de rebus Seculi in*

vitâ

vitâ Carol M.p.19. Ut qui iisdem auſpiciis, hodiernæ Procerum *αὐτοκρατορίας* initia, expenſa ferunt, hactenus falli oporteat.

> *vid poſt* Cujac.& Vultei.1.*F.*1. *n.*14. Matth. Steph. *lib.*1.*c.*1 *n.*3.*ſeqq.* Heig.*p.*1.*quæſt.*23.*n.*30.*quem hanc in rem laudat* Wachmann.*de priveleg.concl.*7.*lit.*D. Andr Knichen *de Saxon.non Procer.jure. ad verb. Ducum Saxoniæ cap.*4. (*hunc licet iſto nomine notet* Beſold.*in oper.poſt hum.de I.P.part.*3.*c.*6.*ſeriò tamen id aſſeruiſſe in cit.cap. non reperimus, & alioquin ſecus exiſtimaſſe, aliis ex ipſo ſup. adduct. locis proditur*) D. Carpzov.*de L.R.cap.*1.*ſect.*12.*n.*10.*ſeqq.* D. Myler. *de Stat.Imp.concl.*10. Dan Lipſt. *in præf.tr.de Monarch.Pap. Sutholt. Diſſ.de juriſdict.aph.*402*& ſeqq.*

Attamen nec nulla prioris ſtatus ac eminentiæ veſtigia reliqua Proceribus fecit D. Carolus; imò, nî fallimur, cuncta, â quibus ſalvum ipſi ſtaret Jus Regni. Nec æquum forſitan putavit optimus ſimul ac prudentiſſimus Princeps, in formam pop. Rom. genio aptam natam, generoſiores Francorum Germanorûvè cogere ſpiritus: nec conſultum idem: utique à temporum ſuorum rationibus alienum. Notum autem eſt, certè ut per noſcatur digniſſimum, communis Regum regentiumque Præceptoris monitum: *Si viſum fuerit cujuſpiam poteſtatem diſſolvere, paulatim hoc faciendum, & non cum impetu omnem ſimul autoritatem eripiendam eſſe.* Ariſt.5. Pol.11. aliâs 17

Ex illuſtribus itaque & nobilioribus, *Comitum* plerumque ſeu *Gravionum* axiomate, delegit, provinciis, limitibus, urbibus gubernandis tenendisvè: qui plenâ quidem Juris dicundi, pacemque publicam cuſtodiendi autoritate præeſſent, cum rei etiam Eccleſiaſticæ aliqua & Bellicæ curâ, fiſci

 item

item regii, viarum, pontium, foreſtorum &c. verbô, omnis (quod ait Sigon. *lib. 4. de Regn. Ital.*) publicæ & privatæ Juriſdictionis,

Capitular *lib. 2 c. 6. 23. ſeqq. l. 3. c. 53. 73. 77. 79. lib. 4 c. 5. 24. 26. 27. 40. 44. 60. 68. 70. Form.* Marculph. 32. *ibique.* Bignô. *in not. in cujus edit. eſt lib. 1. c. 8.* Meibom. *in vindic. Billing. quem cit.* Nobiliſſ. & Ampliſſ. D. H. Conringius, Præceptor quondam meus, nunquam ſatis colendus, & D. Blume *de Ducib. th.* 15.

at non ſuo agerent jure, ſed vicario, & nomine Imperatoris vel Regis

Almoin. *lib. 5. c. 1. cujus verba inſeruit* Beſoldus *Theſauro ſuo Pract. voc.* Graff *p. 360.* Vadianus *ſup. laud. tr. l. 1. p. 35. & lib. 2. p. 83.* Janus Douſa *l. 5. Annal. Holland. p. 212.* D. Vultei. *l. 1. de feud. c. 1. n.* 14. M. Zuer. Boxhorn. *Hiſtor. univerſ. ad ann. 888.*

Quique ſubinde extra ordinem Legatos, quandoque ex ipſo Comitum aut etiam Epiſcoporum aut Abbatum ordine ſumptos, *vid.* Capitul. *c. 16. & 69.* Ratpert. *de Caſib. S. Galli c.* 5. & 8. *ubi exemplum,* in provincias mittebant (unde Miſſos regios vulgò nuncuparunt) amplis cum mandatis, in Comitum aliorumque Judicum adminiſtrationem inquirendi, & cujusvis ſive geſti ſive non geſti rationem exigendi, de quo

Capitul. *d. lib. 2. c. 18. ſeqq. c. 26. 28. lib.* 4. *c. 71. junct. c. 67. ac præcedd. aliis complur. l. 5. c. 133.*

gravioris autem Comitum admiſſi cognitionis, uti & remotionis, (munere enim ſuô & ipsâ officii dignitate ſæpè privabantur Comites, quemadmodum & Epiſcopi & Abbates, haud raro & capite plexi, ſi quid atrocius ſuperbiuſque commiſsum fuiſset, Vadian. *d. p. 35. add.* Sigon. *l.* 4. *de Regn. Ital.*

nomi-

nominatim tradens , quod ob violatam præſtiti juramenti fidem , Ducatus & Comitatus ad alios transferri conſueverint) ſententiâ ac arbitriô Regibus ſervatô,

Capitul.*l.1.c.18.l.3.c.77,l.4.c.44.de poſteriori tamen conf.*D.Conring.& D.à Burgſtorff *in diſp de Judic. Reip.Germ. concl.23.ſeqq.*

Hactenus itaque Imperii rationes ad principia ſua revocaſſe Carolo ſuffecit. De cæterò ipſe nihil minus, ac ſubſequentes Carolinæ propaginis Imperatores, non tantùm aſſurrexit veteri illi inſtituto , ut majorum fortiter præclarève geſta, ſpem, ſpem inquam, non fixum jus, hæreditariæ dignationis ſeu officii, natis haud degeneribus, imputarent atque tranſcriberent. Sic enim Hinckmarus *Epiſt.* 3. cujus etiã verba recitat Lehem.*l.2.Chron.Spir.c.16.*& laudat Arumæus *de Comit.c.4.n.*28. De his qùos tempore D.Ludovici Imperatoris ,, vidi Palatii procuratores & Regni præfectos, neminem ſcio ,, eſſe ſuperſtitẽ.ſcio tamen de illorum Nobilitate natos pro ,, patribus filios, licèt illorum mores ac qualitates ignorem. ,, Ipſi verò procurent, ut non ſint moribus & virtute, atque ,, pro ætatis quantitate vel temporis qualitate , ſapientiâ & ,, ſtudiis bonis degeneres, quod meritò Patrum loca & officia ,, ſuppleant , & ſe in ipsâ ſuppletione cautè cuſtodiant. Quinimo Walafridus Strabo (qui teſte Voſſio *lib.2.de Hiſtor Lat.c 33.* Ludovici Pii temporibus claruit & Anno 849. obiit) Duces Metropolitanis , Comites vel præfectos, ita enim ſcribit, Epiſcopis aſſimilat *lib.de reb. Ecclеſ.c.31. verba ejus recitat* Beſold.*de St.reip.ſubalt.c.3.* Non autem tuuc magis, quàm hodiè, perpetua Epiſcoporum munia & in hæredes fuiſſe tranſitoria, procul dubio eſt. Commodiſſimus quoq; locus, quem ex capitulis Caroli Calvi & Annal. Belg.

deſcriptum à Beſoldo *c. praced.* citavimus. Jung. 1. *F. 1.* §. 1. *chart. 85. ap.* Goldaſt. *tom. 2. rer. Alam. p.* 1. Et Annales Metenſes *ad ann. 867.* cum memoraſſent, in Regno Caroli Calvi Hugonem Abbatem, in locum Roberti Ducis ſubſtitu-„tum, adjiciunt: Siquidem Odo & Robertus filii Roberti, „adhuc parvuli erant, quando, Pater extinctus eſt, & id-„circò non eſt illis Ducatus permiſſus. *Hinc ego ſanè*, ſubdit D. Boecler. in *vitâ Ludovici* II. iſta referens, *non collegerim Ducatus planè hereditarios fuiſſe:* ſed exiſtimaverim tamen, perfacilè & libentèr in filios tranſmiſſam dignitatem, ſi muneri ſe pares vel virtute vel precibus feciſſent. Paulus Petavius, Nithardi exemplum ponit, qui ſub hæc ipſa tempora, Ducatus ſeu Comitatus Franciæ maritimæ à patre hæres fuerit. *Id quod indulgentia Principis non juri acquiſito tribuendum fuerit.* Hactenus *ille.* Videlicet, quod ſubantea innuebamus, ex ipſo gentis noſtræ ritu, in paterni muneris honoriſvè ſucceſſionem, filiorum virtus, gratiâ Regiâ plerumque vocabatur. Atque ex iſtis explicandus Sigonius „*qui lib. 4. de Regn. Ital,* ſcribit; Si ſinè filiis deceſsiſſent Du-„ces, ad alium transferebatur Ducatus, eaque translatio, ut „in Epiſcopis & Abbatibus, inveſtitura dicebatur. Neque illud ſolummodò: ſed & nobiliores ac benè meriti Cives beneficiis, quo tunc nomine veniebant, quæ nunc feuda dicimus, imò addictis aliis quoque vaſsis & ſubditis honorabâtur. Sic Carolus M. ſubactâ Italiâ, Vinigiſio Spoletinum Ducatum Aragiſio Beneventanum, Rhogando Foro Iulienſem reddididit, *fide tantum Jurejurando oppignoratâ*, P. Æmil *l. 2. p. 75.* vel, uti Sigonius *cit. lib. 4.* memorat, antiquo feudi jure ergà ſe, quod ergà Reges Longobard. fuerat conſervato. *pag. 90. ubi etiam formulam juramenti duplicem ſubjungit, atque idem in Du-*

in Syntagm. de Nithardo

in Ducibus aliis, Comitibus & cæteris vaſallis, obſervatum fuiſſe teſtatur. Et hanc in rem frequens beneficiorum, vaſallorum, vaſſorum, ſubditorum &c. mentio extat in Capitularib. Impp. Caroli M. Ludovici Pii, Lotharii,

lib.2.c.9.c.24. ubi de condigno honore vaſallis ab omnibus habendo. *c. 44. ubi* de officio Dominorum erga ſubditos *l.3.c.19.& ſeqq.* ubi beneficii alienatio & converſio in allodem interdicitur Comitibus cæteriſque, ſub pœna privationis & infamiæ. *c.51.* quô memorantur vaſſi Comitum. *c.71.* de beneficio Principis ejuſdemque amiſsione. *c.73.* de Vaſsis Dominicis, eorumdemque vaſallis caſatis (horum quoque meminere *chart.39.*40.*& 96.ap.* Goldaſt. *d. tom. 2.p.1.*) *c. 80.ſeqq.* ubi de beneficiis Epiſcoporum, Abbatum, Comitum: it. de alode ex beneficio comparata: it. de beneficio ad fiſcum ſpectante v. c. aperto *l. 4. c. 4. de vaſſis* qui in longinquis regionibus habent beneficia, *c.*38. quo diſponitur, ut, qui beneficium occaſione proprii deſertum relinquit, eo privetur, *c. 40. c.54 c.70.* de vaſſis Episcoporum, Comitum. *c.73.*&c. add. *chart.18.27.28.54. 57.64. 68.ap. Gold.d.l.*

Quibus & ipſis Comitum vaſallis aliquam fuiſſe juris, dictionem, pateſcit ex eod. Capitul. *lib. 4.c.133. &* 147. Beneficia tamen ſeu feuda, eo tempore plerumque finiebantur morte accipientis, niſi in filios tranſmiſsionem Princeps nominatim indulſiſſet, Boecler. *d. reb. ſec. pag.326. add.* 1. *F.13. in. fin. &* 14. *pr.* Sic anno *850.* Grimaldus Abbas S. Galli duobus fratribus germanis, *eorumque legitima procreationi ſeu legitimis heredibus* in beneficium conceſsit bona quædam, ab iiſdem fra-

tribus in feudum oblata, *chart.78.ap.* Goldaſt *d.loc.* Omnium autem caput eſt, quod Jus Comitiorum, ſeſsionis puta & ſuffragii in curiis, placitis ſeu conventibus publicis, ſalvum relictum Ducibus, Comitibus & Proceribus reliquis. De quo ex fide veter. Germaniæ ſcriptorum fuſius agunt

> Lehem. *l.2.Chron.Spir.c.37.ſeqq.* Arum. *de Comitib.c.4.n.5.ſeqq.* D. Myler. *ad Rumel. in Aur.B. part.2.diſſ.3.θ.1.p.441.* D. Boecler. *d.comm.de reb. Secul.p.14.58.204.3138.ſeqq.* Knichen *de autocrat. c.1.n.643.ſeqq.*

Unum ſaltem ex Hinckmaro afferre placet. Is *Epiſt.1.ad Ludovicum Balbum* (quâ inculcat, Procerum conſilia & autoritatem nunquam feliciter contemni, & eorum ex conſenſu, ut Rempubl. adminiſtret, Imperatori ſuadet) claudens *c.*10. ita ſcribit: *De generalibus Eccleſiæ ac Regni negotiis, ſine generali Primorum conſenſu & conſilio ſecretum dare conſilium nefas, etiam conſenſum deliberare non volo.* Quod autem penes Concilium illud generale, non Regem, fuiſſe Majeſtatem regiam, aſſerit Hotom. *in Franc. Gall.* id opinionis errore fieri, ex hactenus dictis manifeſtum & meritò exploſum à Bœcler. *de reb. ſecul.p.19.ſeq.p.107.ſeq.* Quicquid certè in Comitiis potuêre optimates, haud ſine ratione dixeris temperatum exinde haud parum; tùm quod in iiſdem illis plebi quoq; ingenuæ ac multitudini ſuus relictus locus, ſuæq; partes, minùs utut hæ validæ.

> vid. Hinckmar. *epiſt.3.ad Epiſcop.Franc.c.29. verbâ huc facientia deſcripſit* Arum. *d.c.4.* Capitul. *lib.6.c.217.locus ex* Chron. Moiſsiac. *ad ann.802. repetitus* à Bœcler. *d.comm.p.12.*

Tùm

Tùm quòd Epiſcopi, Abbates, & ſi qui fortè alii Eccleſiaſticæ dignationis, qui Regibus ut plurimum addictiùs obnoxii erant iſto ævo, non mediocri in publicis conſultationibus autoritate valerent, quam ſub Merovingis jam tum habuiſſe illos conſtat vel ex ipſo Legis Alemannorum principio, quod tale eſt: Incipit Lex Alemannorum, quæ temporibus Clotarii Regis unà cum Principibus ſuis, id ſunt (alibi tamen Sacerdotes & Principes ſibi invicem opponuntur, vid. W. Strabo *in vit. S. Galli c. 22 & 24.* XXXIII. Epiſcopis & XXXIV. Ducibus &c. alia teſtimonia in Capitular. *lib. 5. c. 2. & 3.* Decreto Comitior. Suedon. *de anno* 744. Conſtitut. Reg. Gunthramni *de anno 588. ap.* Gold. *tom.* 1. *& 3. conſt. Imp.* item ap. D. Conring. *de Conſt. Epiſc. Germ. concl. 47.* De temporibus v. Caroli M. & ſub. ſeqq. Imperatorum, res extra dubitationis aleam poſita, vid.

Eginhard. in *vitâ Carol. M.* Thegan. *de geſt. Ludov. Imp.* Caroli III. Imp. Conſtitut. Wormat. de anno 890. à Marquard. Freherô *cum cõmentario editâ, & Chronico poſtmodum Spir. lib. 2. c. 42. nec non tom. Conſtit.* Imper. Goldaſt. *p.* 207. inſerta (quam tamen alii in dubium revocant) §. 2. *in verb. cum conſenſu tam ſpiritualium quam ſecularium Principum.* Hinckm. *d. ep. 3. c. 29. & c. 35.* Iſo Magiſt *lib. 2. de mirac. S. Othmari c. 2. ubi Epiſcopum Conſtantienſem, Abbam S. Galli & Archicapellanum Ludovici Pii vocat Principes,* Goldaſt. *tom. 1. conſtit. p. 17. ſeqq.* Knichen *d. c. 1. n. 643. ſeqq.* aliique citt. à Lehem. *d. lib. 2. c. 15. 37. 38.* Arum. *c. 4. de Comitib. n. 14. ſeq.* Author. der Lindauiſchen Außführung *ſub lit. Rr.*

De quibus deniq; Epiſcopis & ſimilibus Eccleſiaſticis Proceribus nec illud prætereundum : Quamvis ante Ottonis I. Imperium caruiſſe ipſos juriſdictione Seculari & Regalibus, doceamur communiter : ejus tamen rei initia quædam ſeu veſtigia jam ſub Carolingis animadverti ac deprehendi : quò referendum fortaſſis, quod Epiſcopis æquè ac Comitibus, miniſterii Regalis portio imputatur in Capitul. *lib.2.c.12.* Judicumq; committitur inſpectio, delatio & coërcitio aliqua,

> *lib.6.c.*313. *lib.*7. *c.* 214. add. LL. Wiſigoth. *lib. 2. tit.*1.*l.29. l.*30. *ubi etiam judicandi datur poteſtas, non tantùm in cauſis pauperum oppreſſorumve, ſed & iis caſibus, quibus Comes vel Dux habetur ſuſpectus d.tit.*1. *l.23.*

quòd iiſdem juriſdictio conceſſa in cauſis matrimonialibus, adulterii, inceſtus, Capit. *l.6.c.*314. LL. Lõgobard. *lib.2.tit.8. l.9.* exceſſibus perfidorum, Capit. *lib. 6.c.*141. item in Clericorum cauſis, ipſiq; proinde à Judicum ſecularium poteſtate exempti

> Capitul. *lib.6.c.*109.137.154.*ſeqq.c.* 162. 237. 245. 280.*ſeqq.*

Quod porrò vaſſi, vaſalli, beneficia data Epiſcopis, Abbatibus, Capitul. *lib.*3.*c.*80.*ſeqq.lib.*4.*c.*70. Imò, ſi verus Crantzius *in Metrop.lib.*1.*pr.* Epiſcopis gladii poteſtatem, de victâ, Saxoniâ, conceſſit Carolus M., Carpzov. *de L R.cap.3.ſect.*11. *n.*10. Sed & quamcunq; aliam ſecularem poteſtatem, *idem* Cranz. *lib.2.Saxon.c.33.* Quod utut ſubleſtæ fidei nuperimè poſtulatum à Dn. Struven *de feud.c.*1.*p.*21. & ante ipſum à *D.* Klockio *de contribut.c.*4.*n.*167.*ſeq.* Attamen & à prioribus jam Franciæ Regibus, Caroli M. Prædeceſſoribus, terras, beneficia Ducatus & ſuperioris dominii jura Eccleſiis

erogata

erogata, veterum Hiſtoricorum monumentis comprobat Knichenus *de jur. territor. c. 1. n. 948. ſeq. & n. 958.* Exemplo foret inſigni, ſi aſſurgendum autoritati Trithemii Abbatis, „Rex Pipinus, qui anno Chriſti 752. S. Burchardo Epiſcopo „Würtzburgenſi ejusq; ſucceſſoribus in perpetuum, titu- „lum & dignitatem cum emolumento Ducatus Francorum „Orientalium dederit, poteſtatemq; judicium ordinandi & „judicandi ſecundùm legem & conſuetudinem Francorum, In Orig. „in omnibus cauſis per univerſum Ducatum. Id quod tan Franc. p. quam indubitatum nuper confirmavit *Aut.* der Lindau. 96. Außführ. *pag. 52.* de Abbate Campidunenſi adjiciens, & ipſum, jam Carolingorum tempore, Principis dignatione & poteſtate eminuiſſe, juxta veterem verſum:

Herbipolis } *ſola judicat enſe, ſtolâ.*
Campidona }

De quo conf. Beſold. *in Theſ. pract. lit. A. num. 8.* qui tamen *in tract. de ſtatu reip. ſubalt. c. 3. n. 6.* poſt *Cruſium* longè aliter. Certè quod Juriſdictionem inferiorem attinet, idem ex aliis docet D. Knipſchild *in tr. de Jurib. Civit. Imperial. l. 2. c. 15. n. 74. ſeqq.* De Regalibus quoq; duplex nobis hanc in rem ſuppedditatur teſtimonium, alterum *Theodorici Niemii* à d. c. 4. n. 166. *Klockio*, cujus hæc ſunt verba: Secularem hanc Eccceſiaſticorum Juriſdictionem, & Dominia regaliaq; iis adhærentia, pleriq; accepta ferunt Carolo M. qui inſtiuit Epiſcopatum Oſnabruggenſem, Paderbornenſem, Monaſterienſem, Bremenſem, Mindenſem & Verdenſem (imò & Halberſtadenſem, Magdeburgenſem, Hildeſienſem, Hamburgenſem: ex Chron. *antiq.* Mind. Henric. Bangert. *ad Helmold. lib. 1. Chron. Slav. cap. 3.*) iisq; cõtulit tẽporalia bona, terras, caſtra, oppida, villas, jura & juriſdictiones valde multas: uti formaliter

 alt

ait Theodor. à Niem. *de privil. & jur. Imp fol.* 804. Alterum *Stephani Leodienſis* vetuſtius, à *D. Conringio*; ſed integram

Poſ. XLIIX. clauſulam ex *Diſp. de conſtit. Epiſcop. Germ.* huc tranſtuliſſe „ non piguerit: Francorum verò ætate, cùm pleraq; à Rege „ obtinuiſſent Epiſcopi, ab eo etiam illos conſtitui, haud ini- „ quum erat. Clodovæus Rex tantum terræ Rhemenſi „ dedit Eccleſiæ, quantum Remigius, dum Clodovæus „ ſomno meridiano indulget, circuire poſſit. Amplum „ utique donum, quod, ſi non cauſa aliqua Juris Patro- „ natus eſt, quæ tum dotatio futura? Cœteri quoque „ Francorum Reges liberales admodum in ditandis Ec- „ cleſiis fuere, ut Childebertus graviter, de damno, quod „ inde Regno enatum, conqueratur. Stephani Leodi- „ enſis Abbatis in Hiſtoriâ vitæ Modoaldi Treverenſis Epi- „ ſcopi, digna omnino ſunt quæ adſcribantur. Ita verò ait: „ *Quantum religionis, potentiæ & honoris Reges Francorum à* „ *Pipino uſque ad Carolum contulerant Galliæ Eccleſiis, teſtantur* „ *libri Sanctorum, decreta Patrum continentes, quos ipſi in ſy-* „ *nodis ſuâ corroboraverunt autoritate. Teſtantur & Eccleſiæ,* „ *quas cum diverſis regiis ornamentis, tum etiam prædiis & Re-* „ *galibus ſuis, caſtris ſcilicet, & Comitibus, teloniis, monetis &* „ *bannis cum jure civitatum conceſſis, magnificè extulerunt. In-* „ *de eſt, quod nuſquam gentium æquali potentiâ Pontifices in-* „ *veniri queant, vel quod parum à regio comitatu & opulen-* „ *tiâ differant. Quos certè beatos dicerem, ſi pro hâc potentiâ ſanctiùs viverent.* Conferri poſſunt quæ & ipſi ex *Capitul. & LL. antiquis* attulimus. Alii tandem Ludovicum I. Imp. ejus rei conſtituunt Autorem, per tradita

Helmoldi *lib. 1. Chron. Slavor. c. 4. in pr.* Heig. *lib. 1. quæſt. 4. n. 54.* Mager. *de advoc arm. c. 7. n* 300. *ſeq.* Beſold. *theſ. pract. lit. B. p.* 121. Autor. Lindau.

lit. Qq. ſed vid. ſub lit. A. & p. 52.

Quicquid deniq; ſit, frequentioribus ſanè ſuffragiis, ceu & ſup. diximus, placuiſſe videmus eorum opinionem, qui Politici regiminis & jurium Principalium. Epiſcopis attributorum, primordia, ad Ottonem I. referunt,

vid ipſe Knichenus *d. c. 1. n. 1063. & ſeqq. ubi* Rein. Reinecc. *ad Annal. incert.. Aut. lib. 4 f. 63. & de Saxon. orig. fol. 23. allegat.* Lehem. *l. 4. Chron. Spir. c. 3. qui dictorum teſtes producit,* Dithmarum, Witichindum, Hiſtoriam Landgr. Thuringiæ, Langium *in Chron. Zitizenſi.* Bruſch. *Hiſtor. Epiſc. Mind.* Theoodor. à Niem, Sigonium &c. *it.* D. Struve & Klock *dd. locis,* Aut der Lind. Außführ. *ſub lit. Ss. & p. 52.* Dn. Schütz Conſiliarius Imperii Aulicus *diſput. 1. de Connub. Princip. theſ. 24.* Dn. Conring. *de Urbib. German. n.* 107. ubi improbari videtur hoc inſtitutum. *& num.* 108. quem utrumq; laudat & ſequitur noviſſimè Dn. Dieterich itid Conſ. Imp. Aul. *in not. ad A. B. tit. 3.*

Ut tamen nec omnes ſimul gaudere cœperint ſeculari poteſtate, ſed multùm recentiora initia agnoſcant complures ſacri ordinis Magnates ceu de Abbate S. Galli, S. Eimerani, Prælato Einſiedlenſi, videre eſt ex

Beſold. in *theſ. pract. voce* Abt. Aut. der Lindau. Außführ *pag 52. & ſeq.*

De Præpoſito Elwangenſi, ex additionibus Limnæi *ad lib. 4. I. P. cap. 7. p. 495.*

CAPUT IV.

ATque illo quidem in tenore aliquandiu ſubſtitit Res Romana Germanavè, Carolingis, quos vocant, ſummam

ejus

ejus, ſolidâ vi poteſtateq; moderantibus. Uti verò aliûs generis res humanæ, ædes cogitemus, theatra portus, palatia, delubra, munimenta, urbes, de quibus & ſimilibus ita *Seneca*: Quidam, *ait*, diſponunt etiam illa, quæ ultra vitam ſunt, moles magnas, ſepulchorum & operum publicorum dedicationes, ſed ea omnia caduca ſunt, quid enim immortale mortales manus fecerunt? *lib. 1. de brevit. vit.* Ita non minùs cum legibus & ſanctioribus inſtitutis, regna ipſa & familiæ Principales, quibuſdam licèt divinis quaſi characteribus inſignitæ, vel ſolo temporis lapſu remittere de priſtino robore, fatiſcere, oblanguere, ſitum contrahere, reliquisq; vetuſtatis vitiis obnoxia, tandem extinguuntur *conf.* facundiſſimus Æmylius *lib. 3. pag.* 114. Fata aut, neſcio quas fatalium orbitarum & circulorum obſervationes, ipſis etiam Civilis prudentiæ conſultis, *vid. è noſtratib.*

D. Klock. *de contribut. c. 7. n. 134. ſeqq.* D. Knipſchild *de Jure Civit. Imp. lib. 1. c. 15. n. 1. ſeqq.*

circa hanc rem non prorſus neglectas, equidem inſuper habemus: niſi quod DEI Optumi Maximi æternæ providentiæ ac inexhauſtæ ſapientiæ, admiranda conſilia, ſimplici devotoq; pectore, ubivis veneremur. Aſt, juxta hominis inſtar, ſi cui cauſas exputare animus, haud allucinaturum promittimus, qui *Taciti* Philoſophiam huc aptaverit: plerunq; leges brevi ſervatas, dein fruſtra haberi, acribus initiis, incurioſo fine. Et *Machivelli, Beſoldo* Judice, Politicorum perſpicaciſſimi, ingenioſiſſimiq;: Nî ad ſua principia crebrò revocentur de rebus publicis privatisq; inſtituta, non poſſe non reſolvi vires Imperii, & tandem aliorſum verti. Et ſolet, quod ſupra pluribus explicavimus, à minimis procedere magna ejuſcemodi mutatio, præſertim in negotiis ad

Lib 13. & 16. Annal.

ſum-

ſummam rempubl. pertinentibus. *Appoſitè omninò* Authot des gründlichen Berichtes des Heiligen Reichs Statt Friedberg Stand ꝛc. *punct.* 1. *n.* 6. *ibi*: dieweil die *mutationes. add. ſup. c.* 1. Documentum horum omnium Merovea domus jam tum nobis ſuppeditavit. Sed nec Carolingam ſeu Carolovingam multùm abſimilis manſit fortuna, quam itidem noviſſima iſtius familiæ tempora in ſcenam produxére, de quô ſequitur dicere. Ut autem compendi faciamus, conſilium hîc, ratione inſtituti id exigente, aliqua ſequemur Mozzii

De contract. col. 1. *n.* 7. *laudatum* Magnifico D. Tabori *in armament.* Juſtinian. *c.* 1. *n.* 19.

ſuadentis: Modernos à brevitatis ſtudioſis adduci debere, omiſſis antiquis, qui per relatos allegantur. Id quod tamen non ſine delectu agemus.

Veluti ergò ad ſenilem ætatem declinante familiâ Carolinâ, ſimul acies ac robur Imperii hebeſcere cœpit & enervari: quòq; iſta magis, creſcere contrà, caput tollere & validari Procerum vires, priſcis noviſq; allevatæ ſubſidiis. Inter ea non temerè dixeris potiſſimum, quod Comitatus, Ducatus, officia hactenus, cœteraq; iſto nomine conceſſa, in privati juris tranſiere formulas, legitimæ hæreditatis titulo liberis olim relinquenda. Huic quippe columnæ ſecuriùs deinde reliqua moles incubuit ac concinnius. Principem verò „ audiemus *Vadianum*: is in *Comment. ſupra laud. l.* 1. *p.* 35. „ Verùm, *ait*, ut diu non durant coacta & violenta obſequia, „ ita veteri libertati, ſimulatq; res Franciæ collapſæ ſunt, Ger„ mani ſunt reſtituit, *add. l.* 2. *p.* 83. ibi: qui (*Duces*) poſtquam „ collapſæ res Francorum fuerant, ſui juris facti &c. Facundiâ hiſtoriam percoluit nobiliſſimus *Douſa*; ſaltem au- Lib. 5. Anal. Holland.

 tem

„ tem excerpta dabimus: Qui mos, *de ſupra expoſitò inquit*, „ uſque ad Caroli Simplicis Principatum duravit. Ex quo „ tempore Regii nominis autoritas, non paulatim, ut anteà, „ ſed torrentis modo præcipitata, ſummis pariter atq. infi- „ mis ludibrio eſſe cœpit. *&c.* undè evenire neceſſe fuit, ut „ quas ex optimatibus quiſque, Ducali aut etiam Comitatus „ titulo ditiones vel præfecturas (quæ regii anteà dominii e- „ rant) obtinuerat vel occupaverat, non ſolùm uſu retinere, „ ſed tanquam privi peculii poſſeſſiones, eaſdem mancipio „ ſuas facere, atque ad poſteros tranſmittere, armorum fidu- „ ciâ pertenderit &c. Atque hâc demum ratione factum, „ ut Ducum Comitumque, ſeu etiam Marchionum aliarum- „ que præfecturarum, dignitas poteſtasvé, juris privati, per- „ petui & hæreditarii eſſe cœperit. Non ovum ovo ſimili- us, quam quæ eodem de negotio recenſet Nicol. Vignie- rius in

Chron. Burgund. ad annum 898. cit. Knicheno *de Jure territor. c. 1. n. 915.*

Utriuſque potiora, retentis propè verbis, deſcripſit M. Zuer.

p 528. Boxhornius *in Hiſtor. univerſ. ad ann. 888. & religioſiùs* etiam Caſp. Klock *in tractat. de contribut. c. 4. n. 135. & 251.*

Damus porrò *Hieron. Bignonium*, cujus *in not. ad Marculphi* „ *form. lib. 1. c 8.* iſta huc pertinent: Qui tandem, *ait de Du-* „ *cibus & Comitibus*, extremo dominationis Carolinæ ſtir- „ pis, ex Miniſtris Domini facti, latè dominati ſunt, donec „ priſtinæ dignitati ſenſim regnum reſtitutum. Item Au- „ torem des gründlichẽ Berichts der Reichsſtatt Friedberg ꝛc. „ *p. 2. n 6 ſeqq.* in vernaculâ minùs definitè hic loquentem: „ Alſo wie es poſt Caroli M. tempora endlich zu deren (Für-

ſten/

,, ſten/Graffen 2c) perpetuirung und erblichen Juribus, und ,, alſo dahin gerahten/ daß die Römiſche Käyſer zu keiner Ab- ,, ſtellung mehr gelangen können 2c. Andr. deniq; Knichenum, qui *d. c. 1. n.* 1070. *ſeq.* laudato Æmylio & aliis, nominatim Caroli Craſſi exprimit ævm. Ab Henrici autem I. & ſub ſequentium Saxonicæ ſtirpis Imperatorum ſceptris, nova illa Procerum jura, ſimilemq; etiam Civitatum libertatem & prærogativam arceſſit B. Rhenanus *rer. Germ. lib.* 2. *ſub rubr. ſtatus Germaniæ, ſub Imper. Saxon.* & antè ipſum Witichindus ac Abbas Stadenſ. laudati à Lehem. *lib.* 2. *c.* 47. Quos aliosq; ſequitur ipſe Lehem. *lib* 4. *Chron. Spir. c.* 1. cum quo, quod Galliam ſuam attinet, conſentit Loyſeau *des Seigneur. ch.* 5. *n.* 37. locum hûc facientem ita vertit & recitat Limn. *in Not. Regn. Gall. lib.* 4. *c.* 6. *lit. F.*

,, Sub finem ſecundæ Regum familiæ, hæreditarium jus in- ,, diſtinctè introductum fuit, & notabiliter tunc, quando Hu- ,, go Capetus ex Duce Franciæ, qualis fuerat, ſe fecit Re- ,, gem & Principem ſupremum, Duces & Comites, ejus ad ,, ad exemplum, ſe reddiderunt Dominos hæreditarios pro- ,, vinciarum & civitatum, ac de utriſque præſtiterunt novo ,, Regi homagium, tanquam de feudo hæreditario & patri- ,, moniali, ſe obligantes aſſiſtere Regi in bello contra quoſ- ,, cunq;, cum conditione, ut ipſi poſteriq; illorum conſerva- ,, rentur in iſtô patrimonio. Hucuſq; diſcurſus *Galli*: qui ,, hauſtus, nî fallor, ex *Douſá* & *Vignierio* ſup. cit. locis. *Lehemanni* porrò veſtigia legunt

Paurmeiſt. *de juriſd. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 46. poſt Knichenum, Krantzium, & Goddæum, Ming. *de Jur. territ.* §. 21. D. *ab* Einſiedel *de Regal. c. ult. nu.* 17.

 territ.

Beſold. *in oper. poſthum. de jur. publ. p. 1. c. 6. in pr. & p. 3. c. 6. pag. 258.* ubi,

In Gallis, *inquit*, ſub Capetô, in Germaniâ ſub Impp. Saxonicis, dignitates illas hæreditarias eſſe factas putarem; ſecum quoque ſentientes producit

Joach. Steph. *lib. 1. de juriſd. c. 3. n. 37.* & Coler. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. n. 140.*

Quibus addimus *Carolum Sigonium*, qui tamen *lib. 6. de Regn. Ital. p. 175.* unum Ottonem M. hujus mutationis auctorem, ſed ita, facit, ut ſucceſſoribus, conſuetudinis, ſub Ottone cœptæ, multis partibus adauctæ, laudem non neget. Sicuti autem iſtud non præter rem: quò pertinet etiam diſſertatio D. Conringii, *in præfat. Polit. Ariſt.* ad Sereniſs. Brunſuic. & Luneburg. Ducem GUILIELMUM &c, tempora, poſt Henricum IV. Imperatorem, hanc ad rem obſervantis; & Peuceri Juliiq; Pflugii, interregnum, quod Friderici II. mortem excepit octodecennale, inter cauſas incrementi numerantium: quam etiam ſententiam laudat Aut. **deß gründl. Berichts der Reichßſtatt Friedberg** 2c.

d. p. 2. n. 10. ſeqq. Beſold. *d. p. 1. c. 6. p. mihi 123. &* D. Carpzov. *de L. Reg. c. 1. ſect. 12.*

Ita illud, qua tenus arctè nimis conſtringitur rei origo, fruſtra nobis perſuaderi, vel prædicta innuunt. Nec poſſum hic non impensè probare judicium D. Bœcleri: is *in Comm. de reb. Secul. in Henrico I. p. 251.* poſtquam Lehemanni, antea & nobis memoratam, expoſuiſſet ſententiam, pergit hiſce verbis: *Hæc ita, parum definitè deſcribi ſolent. Si quis autem accuratiùs inveſtigare cupiat, ei connitendum erit, an alia exempla reperiantur annotata in his temporibus, præter duo, quæ repetivimus: primò quod Henricus nondum Imperator*

ior, paternum Ducatum hæreditario jure ſuſceperit ; *deindè quod factus* Imperator, *Arnulpho Bavariam pleniſſimo beneficii jure conceſſerit. Sub Conrado etiam, multos Principes potentiâ & opibus increviſſe, proditum habemus literis. Sicuti & Saxonicæ gentis augmenta mirè effloruiſſe traduntur per hæc tempora.* Sic enim etiam poſt Henrici I. fata, in feudis & dignitatibus, non tantùm minorum, ſed & majorum gentium, opulentiſſimis puta Ducatibus, ſucceſſionis, quod poſtmodũ, jus nondum invaluerat. Documento eſſe poterit optimo Bajoaria. Hanc ut ampliſſimâ ditione Henricus. Arnulfo addixiſſet, ne quidem ſacerdotes conſtituendi & removendi excepto jure: defuncti tamen Arnulfi filiis, de patriæ potentiæ ſucceſſione concertantibus, patruus eorum „Berchtoldus recto conſilio, *verba ſunt Aventini*, expectan-„dam docet Ottonis (intellige Primi) authoritatem atque „ſententiam exequendam eſſe: *Morte beneficiarii beneficium „ad ſummum principem lege rediiſſe*, oportere rem integram „ad ejus adventum ſervari Addatur, quod, referẽte eôd. Bœcierô *in Ottone I. p. 326*, tanquam ſingulare *Continuator Reginonis* ad annum 949. *quem Regni ſui* XIII *numerabat Otto I.* „in hunc modũ annotat: Uto Comes obiit, qui *permiſſu Regis* „quicquid beneficii aut præfecturarũ habuit, *quaſi hæredita-„tem* inter filios diviſit. Neque nihil huc facit, quod de verâ, ſupremâ, & omnis conditionis ac diminutionis experte poteſtate regiâ ſeu Imperiali, M. Ottoni conceſſa, ex Cardinal. Cuſani *lib. 3. de concord. Cathol.* retulimus in Coll. publ. de S. R. R. *vol. 2. diſp. 13. th. 2. lit. C.* Et ergò ab horum temporum hiſtoriâ fortaſſis haud rejiciendum, quod compilatores Juris „feudalis tradunt *in lib. 1. tit. 13.* De Marchiâ, vel Ducatu, vel

lib. 4. ex quo Bœcler. de. loc

 comi-

,,Comitatu, vel aliquâ legali dignitate, ſi quis inveſtitus fuerit
,,per beneficium ab Imperatore: ille tantum debet habere.
,,Heres enim non ſuccedit ullo modo, niſi ab Imperatore per
,,inveſtituram acquiſierit. *Ac item in tit. praeced.* In feudo Co-
,,mitatus vel Marchiæ vel aliarum dignitatum, non eſt ſucceſ-
,,ſio ſecundum rationabilem uſum, ſed hodie hoc eſt uſurpa-
,,tum.

Quin imò denique ſic habendum, non uno impetu, multò minus publicâ interveniente ſanctione, hereditariæ propriæq; poſſeſſionis nomina induiſſe Ducatus ac reliqua ejus generis: ſed ſenſim per tẽporũ ſpiramẽta, perque eas rerum partes, quas hactenus indigitavimus. Nec omnibus, quod credibile eſt, ſimul ac æque licuit adire Corinthum. Ita Henricus, qui ſub Conrado Imp. vixit, utique nondum Imperator, primus poteſtatis liberæ Dux in Saxoniâ celebratur à *B. Rhenano & aliis ſup. cit.* Cui neminem in Regno æquiparem ipſe quoque dixerat Imperator Conradus, *ap.* Eckehard. *de Caſib. Monaſt. S. Galli c. 5.* Ex adverſum, eâdem & anteriori imò ætate, Franciæ Wernerus, Sueviæ Bertholdus & Erchingerus præfuere, tanquam Judices, & tantùm non nudi Magiſtratus ſeu Cameræ, quô tunc veniebant titulo, Nuncii. *vid.* Eckehard. *d. lib. c. 1. p. 40. ſeqq. ubi* Goldaſt. *& in not. ad* Ratpert. *c. 2. addatur.* Poſtmodum autem vel fœmina, ſed Ottonem M. patruum habens, liberrimo Sveviam imperio tenuit; non rerum ſecularium duntaxat ſed & Eccleſiaſticarum arbitra: judicia per Comites ſuos exercens, ita ut omnibus terribilis exiſteret: Vicariã tamẽ Imperii ſe agnovit. Eckehard *d. comm.* Talem etenim ad formam ſolent, quæ ad ſummam Remp. pertinent, aut aliàs egregii ſunt momenti, invaleſcere pleraque: maximè ſi ejuſmodi

modi ſint, ut ſive illic Majeſtatem ac dominationis arcana, ſive acriorem iſthic libertatum tentatura, apertam ſubire, ſimulque ſtabilem Legumlationem neſciunt. An verò hujus commatis inſtitutum, & noſtrum, quô de agimus, haberi mereatur, decernere equidem nolumus. Fortè tamen juvabit, alios audire. Ut olim iſtud utile & proficuum habitum fuerit, ita ſucceſſu temporis apparuit, potentiam nimiam ſtatuum, ſæpe anſam rebellandi contra Imperatorem, occaſionēq; præbuiſſe: ſcribit Beſoldus *laud. tr. p. 3. c. 6. ſubjiciens*: Galliæ Reges, *divinâ diſpoſitione adjuvante &c. p. 260.* Ad quod poſterius ſpectat annotatio Bignonii *ad l. 1. form.* Marculphi. *36. jam ſup. cit.* & quæ habet Baconus de Verulā. *in hiſtor Henric.* VII. *p. 25.* Elector Moguntinus *ap.* Schleid. *lib.* 1. Limn. *in not Regn. Gall. lib. 1. c. 9. ibique in teſtimon. lit. S. & T.*

De priori etiam conqueritur D. Conringius *in alleg.* „*præfat. Polit. Ariſt.* Nam qui antè præceſſerant (Henri„cum ſc. IV, *inquit.*) publicorum regni bonorum imprudenti „profuſione, cnm rerū gerendarū nervo, vim ſibi authorita„temque multū jam præſciderāt. *Eò quippè vitio ab antiquiſ„ſimis uſque temporibus Germanicæ ſemper laboravere Res„publicæ, ut nullâ fiſci atq; ærarii facta diſtinctione*, omnium „ æquè prodigendi poteſtas Regibus permitteretur, hi verò „nullum ejus modum ponerēt: quo regna interire neceſſum „eſt. *Acceſſerat jam tum aliud Regnis æquè exitioſum viti„um, nimia quorundam Procerum, ſacrorum præcipuè potentia, „eaq; novô vitiô penè hæreditaria facta.* Namque initio qui„dem in numeros in Comitatus, quos vocant, diviſa Germa„nia fuerat; jam tum temporis verò, multis, minus circum„ſpectâ Regum liberalitate, in unum corpus concreſcentibus,

„bus, quidam formidabiles opibus ſuis erant. Et ſanè tales „cum alii, tùm imprimis quidam erant Epiſcoporum: quod „majus erat vitium; quippè cum hi præter opes religione e-„tiam armarentur. Tantis verò vitiis laborante Regno, quis „miretur, Rege per ætatem adhuc deſpecto, *immutatam* „*tunc Reip. priſtinam faciem, ac ſoluta Regiæ autoritatis vincu-* „*cula eſſe? Certè occaſionem* &c. J*anus* quoque *Douſa* loc. ſup. cit. totus ferè in eo eſt, ut tanta munera in privati arbitrii peculium vertenti inſtituto, locum eximia inter fracti decoris & nominis regii trophæa afferat. Atque iſtud jam olim Conrado I. & II. Impp. ſuboluiſſe ajunt, qui proinde conſilia agitaverint, ille quidem de ſuſpectâ Regno Ducum potentiâ in ordinem (hoc eſt, ad imperii & Juſtitiæ rationẽ, Serm Fidel. c. 14. ſi interpretem volumus *Baconum*) redigendâ, iſte de regalibus adimẽdis. Teſtimonia autem ex Witichind. *lib.* 1. Ditmar. *lib.* 1. & Chron. Colon. adducuntur. vid. omninò Lehem. *lib.* 2. *Chron. Spir. cap. ult.* Sed hiſce diutius immorari nunc non vacat: præſertim cùm, quæ in univerſum & abſolutè dici eam in rem poſſent, jam tum alibi occupaverimus.

CAPUT V.

ITa ergò cum agris, prædiis, villis, pagis, urbibus denique & provinciis officia ſimul Comitum, Marchionum, Ducum &c. in peculium quaſi conducta & tranſcripta, non generoſiori tantùm ſanguini aliiſque civium potentiſſimis; ſed devotioni quoque, pietati ac doctrinæ ſacerdotum ſacrorumvè collegiorum. Incomparabile utique munimentum olim & præſidium ad reliqua. Ut ut parum abſit, quin hereditaria iſthæc aut beneficiaria conceſſio potiſſimam partem involverit & cætera jura, quæ ſub territorialis ſuperioritatis axiomate

ornate, Regum ad inſtar, diſpenſant hodiè Germaniæ Proceres. Et poſſent huc tranſferri, quæ *ſuperioribus capp.* 4. *&* 2. diſputavimus. Certè ſi quæ non tranſiere illicò, ſubinde tamen delibata, alluvionis ritu, fixis jam firmatiſque ſenſim coaluerunt: Ut tamen unde ortus, indidem & augminis ſeries proceſſerit.

Quam quidem, ſimul ac tandem complementi ſummam, exquiſitè depingit Loyſeau *des Seigneur. ch.* 5. *ubi n.* 38. ſic incipit: *Quemadmodum ubi ſemel uſurpatio radices egit, ſemper ſolet excreſcere, ac poſtquam ambitio habuit proſperum initium, non admittit terminum: ita Duces Comitesque nacti proprietatem provinciarum & Civitatum, omni ſtudiô allaborârunt, ſummum Imperium ſibi in illis attribuere.* Id quod *n.* 39 40. *& ſeqq.* per partes exequitur idem Aut. & denique *n.* 60. concludit hiſce verbis: *Ut rem paucis expediam, aſſeverare poſſum, nullum fuiſſe jus aut notam ſupremæ poteſtatis, quibus non admoverint manum, adeò ut & geſtaverint coronam, licet corona ſemper fuerit habita prò ſignô, non cujus cunque ſuperioritatis, ſed propriè Regni; undè etiam eſt, quod corona ſignificet ipſum Regnum, quando per metonymiam ſignum accipitur prò re quæ deſignatur.* Hactenus *illius* verba, quæ, cum fontis nobis copia deſit, non ex capite, ſed ex rivis cogimur ducere Limneanis, publicatis tamen *in Notit. Regn. Gall. lib.* 4. *c.* 6. Sed è Galliâ in Germaniam noſtram revertamur: Ubi res iſthæc non diſſimilem experta fortunam videtur. Ad iſtam equidem non minus, quàm ad illâ attinet, quod ſcribit Boeclerus *in Ludovico II.* „Semper ferè in Frācicis provinciis fuerūt, qui ſe, ut *Imperii regii vinculo liberos, ita tradendæ hæreditatis compotes efficere*, novarum rerum molitione conati ſunt. Sicut hoc ipſo tempore

„Nomenojus (ſeu Numenejus) Ludovico Pio olim fidus, „cum ſubinde defeciſſet, Regem ſe Britonum ferebat, illudque nomen in filium Heriſpojum tranſmittebat, poſtquam „Carolus Franciæ Rex *fruſtra armis* tentatum, pactione pa- „caverat. Nec tamen ex abruptô Procerum illam potentiam, ſed temporis tractu, alias paulatim atque alias teneris initiis adjectante vires, invaluiſſe, vel hactenus dicta evincere poterunt. Summa eorum huc redit. Magiſtratus primum fuere atque Judices, nihil ſuum habentes, nihil proprium. Inde idem poteſtatis, conſtitutus, qui vivendi terminus, quò hanc fecit certiorem, eò ad reliqua ſpem lætiorem. Mox ergò pia parentum ambitio, ut liberorum haberetur ratio, á regia benignitate obtinuit. Cumque ſic in ſanguinis abiiſſe pretium cenſerentur officia & terræ Cæſareæ, reliquos viſum conſanguineos excludi indignum factum. Acceſſit egregius feudiſtici juris titulus, omnem rem mirâ arte diſtinguens, & ſic quidem ſucceſſionis ordinem, ut ne, parentibus & fœminis inde ſummotis, vel primæ originis veſtigia, vel Imperatores ſeu inſtaurādi pleni juris, ſeu ſubjectionis honore exciderent. Ut proinde tantò minus fueris dubitatum, de Vaſallis iſtis & ſimilis generis Proceribus, in qualem qualem ſocietatem recipiendis eorum jurium, quæ captum aliàs ſubditorum excedunt. Videlicet non aliâ ſerie progredi conſueverunt, ac invaleſcere demum res inſigniotis momenti, quod & *ſuper. cap.* à nobis tactum meminimus. De prudentiſſimo Imperatorum prudentiſſimus

lib. 1. Annal.

„Hiſtoricus: Poſito Triumviri nomine, Conſulem ſe ferens, „& ad tuendam plebem tribunitio jure contentum: ubi mi- „litem donis, populum annonâ, cunctos dulcedine otii pel- „lexit, inſurgere paulatim, munia Senatus, Magiſtratuum, legum

„legum in ſe trahere. *Paulatim*, ait : Explicatiùs Dio *lib.53.* „ *Hiſtor..* Non tamen, *inquit, interprete Boeclero* , omnia „ex conſilio Mæcenatis *ſtatim & ſimul* inſtituit perficere, „veritus ne vim conſilii corrumperet, & impingeret ad ſco„pulum, *ſi homines è veſtigiò & quaſi unò impetu* in alium ſta„tum transformare vellet; ſed alia quidem ſtatim ordinavit, „alia poſteà conſtituit, quædam & longius diſtulit, ac in futu„rorum Principum curas rejecit, ex morâ oportunitatem „perficiendi ac tempeſtivitatem, ſi ita loquẽdum eſt. captans. Hucuſque Dio. Fuſiùs idem exequitur, ſed lepidè Heinſ. *in laude Aſini p.70.ſeq.* Sic Cleobulus ap. *Barclai. lib.2. Argenid.* ordine & per partes , ſi quidem res ſucceſſu carere non debeat, evellendam ſegetem conſulit , quâ luxurient Magnates, non Regiis ulterius viribus obnoxii. De Carolo M. ſup. expoſitum: Cujus exemplum Henricus IV. videtur æmulatus, aſt eventu improſpero: quod adultas potentiorum Principum vires, *uno impetu* contundere aggreſſus erat notatus propterea D. Coringio *in d. præfat. Ariſt.* Similis it. Conradi Imp., nec diſſimilibus fortè ex cauſis, fortuna fuit: *de quo cap. praced.* De exortu Electorum Imperii, de conſtitutione Regum Daniæ, Poloniæ & Hungariæ , per latebras conſuetudinis, à ſucceſſione ad Electionis jus translata: De inſtitutione Senatus magni apud Venetos , quo Monarchia Ducum primitus ad Ariſtocratiam detracta &c. conſuli poterunt Cl. Arniſæi *Relect. Polit. lib. 2. c. 4. ſect. 4. & c. 6. ſect. 5. n. 59. ſeqq* Adam Contz. *lib.1. Polit. c.25.*

Et ad ipſum hoc noſtrum inſtitutum , niſi omnia fallunt, reſpicit Philoſophia *Jac. Lampadii* , exactiſſimo judicio „viri, & omnis juris conſultiſſimi: Nonnunquam . *(ait ille in* „*part. 3. de juris d. I. R. G. cap. 21. n. 7.*) inſenſili tractu , ſæpius

„ etiam arte adhibitâ,pedetentim alia figura irrepit, quod in „ noſtro Imperio & Patrum accidiſſe memoriâ, & noſtrâ æ„ tate adhuc ſenſim cõtingere, mirum eſt reprehendere,vel, „ quod ſciam deprehendere neminem,cum tamen tantope„ rę tam Cæſaris quam Statuum interſit. Sed tempus forſan eſt, ut tanti negotii ſic geſti cauſas, cauſarumq; jura diſceptare inſtituamus. Illuc referendæ & occaſiones ipſæ, „ & dexter uſus earundem. Non enim ſatis eſt, occaſio„ nem ,quam prehendas, oſtendi: Oportet in te aliquid ſit „ iſtâ occaſione dignum, & prætereâ dexteritas quædam in „ eâ apprehendenda. Oportet,inquam, huic tam eleganti „ ſponſæ ſimilem formam adferas, cum attrectandi quâdam „ ſcientiâ: alioqui facilè, ut eſt faſtuoſa, te ſpreverit; verba ſunt comptiſſima Cyriaci Lentuli *in Auguſto p.98.*

CAPUT VI.

FOntes certè occaſionum in ipsâ partim arce Imperii, partim extra ejus pomœria, haud temerè,nec nequicquam quæſiveris. Et in priori quidem genere potiſsimum eminent, frequentes illæ de ipſo regno ſeu Imperio concertationes, pro vagâ enim, quæ tunc obtinebat, & promiſcuâ Electionis ratione, ſuffragia eligentium in diverſa plerunq; trahebantur, aliis alium, à quô vel minùs meruerent, vel ſperarent magis, vel aliâ qua piam de causâ penderent, Regem malentibus. Ita verò evenit, ut agentibus id potiùs, quam invitis iis, qui ſummæ rerum deſtinabantur, arma inducerent Proceres, etiam ſacri ordinis, exercitus conſcriberent, ſuoq; quaſi Marte ducerent in ſequioris ſententiæ Auctores, ac nihil denique omitterent eorum, quorum jus copiamq; armati ſibi factam cenſent: legibus,ut aliàs ſolet, inter arma ſilentibus,

bus, nec minùs ipſis, quos diximus, in Reges electis, vid.

> Ratpert. *de Caſib. Monaſt. S. Galli c. 7.* Burckard. *c. 7.* Conrad. de Fabar. *c. 8. & ſeq.* Hepidann. *in vitâ S. Wiboradæ c. 28. & 30.* Henrici VI. Imp. conſtitutio ap. Goldaſt. *tom. 1. p. 287.* D. Conring. *de Electorib. th. 21.* Citt. à Carpz. *c. 10. ſect. 3. n. 3. de L. R.*

Namq; ejuſmodi poteſtate civibus indultâ, vel ipſius vertendæ opportunitatem reip. ſimul tradi, obſervant Politici

> *poſt Ariſt.* Marcheſ. Malvezz. *diſc. 13. ſup. Tacit.* Forſtner. *ad lib. 13. Annal. cap. 4.*

qui ſubjicit, Albertum Wallenſteinium (in quem ſupremi Ducis munia ampliſſimis codicillis erant collata, *vid.* Theat. Europæum *part. 2. p. 519.* Conte Gualdo Priorato *nell' hiſtor. d' Alberto Vallſtain, &c.* Imperii Dictatorem exinde appellatum, ab Eminentiſſimo Electore Moguntino) parùm à ſummâ ſpe abfuiſſe. Nactis ergò facultatem regia ſibi jura in ſuis & ſuos ſumendi, nec voluntatē defeciſſe, credibile eſt, generoſiſſimi ſpiritus Proceribus, & multorum in publicum meritorum pondere validis. Præſertim cùm & illic, ceu jam diximus, conniverent Reges vel Regii apicis Candidati; & iſthic provinciæ ſeu parentes, omnisq; adeò Reſpublica, quò imminentē devitaret anarchiam, eò minùs iſtum rerum ſtatum non poſſet non abnuere. Ita ſcilicet nihil deſideratum ex iis, quibus juſtas actus vel negotii alicujus vires JCti quoq; noſtri metiuntur: voluntate, inquam, poteſtate & legitimo modo,

> Frideric. Pruckm. olim Potentiſſimi Electoris Brandenburg. &c. Prócancellar. *vol. 2. conſ. 1. n. 214.* D. Cancell. Reink. *lib. 3. de R. S. & E. cl. 1. c. 2.*

n. 21. ſeq. D. Cancell. Klock *vol. 3. conſ.* 124. *num. 59.*

Quanquam nec ire inficias velimus, tantis in turbis impotenter quoſdam egiſſe, nimiæ ſibi captæ in tranſverſum actos licentiæ illecebris: ſic Burchardum Sueviæ Ducem, cùm ipſius nec non Ducum Lotharingi ac Norici ope conſilio Eberhardus, Conradi Imperatoris defuncti frater, Regem Saxonicum oppugnaret, Sueviam tyrannicè rexiſſe memorat Eckehard jun. *in lib. de Caſib. Mon. S. Galli c. 5. p. 62.* ap. Gold. *in reb. Alam.* Poſtquam deinde electionis ſuffragia in paucorum manus redacta, tranquilliorem etiam juribus Principum fundandis occaſionem præſtitiſſe videntur Auguſti, quam nec inſuper habuiſſe tantæ rei arbitros, conſentaneum eſt, conf. Card. Cuſanus *lib. 3. de concordant. Cathol. c. 36.* Barricave ap. Limneum *lib. 3. I. P. c. 2. n. 13.* quorum tamen dicta nequaquam reddimus noſtra. Prenſationes equidem Caroli IV. quas vocat Sereniſſimus Princeps D. Joachimus Erneſtus, Dux Holſatiæ &c. in *Orat. prô Galliâ*, publica vectigalia & alia Imperii jura Electoribus ad Rhenum addicentis, ut filio Wenceslao Coronam Cæſaream redimeret, ab omnibus paſſim notantur, vid. Barclaj. *lib. 2. Argenid.* poſt Dubravium, Egnatium, Peucerum, Arumæum, Crantzium, Aventinum,

Carpzov. *de L. R. c. 7. n. 6. c. 8. ſect. 4 n. 10.* D. Theod. Dieterich Conſil. Imp. Aul *in not. ad A. B. tit. 9.* Limn. *ad Capitul. D. Caroli V. p. 267.* ubi lippis & tonſoribus notum eſſe ſcribit.

Atque hinc forſan quis arceſſeret, quod de Electorum conſenſu adhibendo, nuſquam prolixiùs, magis ſollicitè & verbis conſtrictioribus caveatur in Capitulationum tabulis, quam

ubi

ubi de jure vectigalium condendorum, augendorum, minuendorum quæſtio, vid.

Capitul. D. Ferdinandi III. *art.* 18. 21. 22. 23. 24. 25. & 26. D. Ferdinandi IV. *art.* 19. *ſeqq uſque ad art.* 25. & imprimis Glorioſiſſimi Imperatoris noſtri D. Leopoldi *art.* 21. *ſeq.*

Qui articuli, licèt ſolos ad Electores Rheni & Danubii, die Churfürſten am Rhein und an der Donau/ accolas reſpicere videntur, utpotè quorum ſaltem mentio in *Capitul.* Caroli V. *art.* 19. *& Impp. ſequentium* Ferdinandi III. *art.* 26. ad omnes tamen, etiam Potentiſſimum Electorem Brandenburgicum, pertinere, noviſſimæ pactiones, præcedd interpretes, apertè declarant. D. Ferdinandi IV. *art.* 25. & D. Leopoldi. Ceu & reliqui vetuſtiorum capitulationum articuli generaliter loquuntur von der Churfürſten Zöllen. vid. Imp. Matth. *art* 23. Ferdinand. II. *art.* 22. Ferdin. III. *art.* 25. In quæſtionem autem, quod hic obiter interſpergimus, conducere auſi ſunt ex noſtris; An telonia Electoribus data evindicare liceat Imperatori? nec, quod impenſiùs mirére, defuerunt in affirmativam proclives, vid. D. Dieterich *d. loc.* Sed res plana eſt, nec eripi ſcilicet iſta Electoribus, nec imminui, imò nec quicquam in fraudem eorum ſtatui vel permitti debere: Neque adeò ad teloniorum reſtitutionem magis obſtrictos eſſe Electores, quam reliquos ſtatus ad ſimilium, quæ ab Imperio accepére, per

A. B. tit. 9. *junct. præm.* Capitul. *art.* 3. & D. Leopoldi *art.* 21. ibi, und neben dem Churfürſtl. Collegio jedesmahl dahin ſehen ſollen und wollen ꝛc *Capitul.* Impp. Matth. *art.* 23. Ferdin. II. *art.* 22. Ferdin. III. *art.* 25. Ferdin. IV. & D. Leopoldi.

trem. & Imp. Friderici Barbaroſſæ patruum, Principem doctiſſimum & prudentiſſimum) *in proleg. lib. 2. Chron.* ita inter alia diſſerentem: *Conſtat eam* (Eccleſiam) *non prius in tantùm Regnum humiliare potuiſſe, quàm, ipſo ob amorem ſacerdotii eviſcerato ac viribus exhauſto, non ejus tantùm, id eſt, ſpirituali, ſed ſuo proprio, materiali ſcilicet gladio percuſſum deſtrueretur. Quòd judicare vel diſcutere ſupra noſtras vires eſt. Videntur tamen ſacerdotes culpandi per omnia, qui Regnum ſuo gladio, quem ex Regum habent gratiâ, ferire conantur.* Et poſteà: *Regno decreſcente, Eccleſia in magnâ authoritate ſtare cœpit.* Item Onuphrium Panvinium, Cæſares per iſtas Pontificum artes dimidium Imperii perdidiſſe, obſervantem in vitâ Gregorii VII. cit. D. Contingio *de Ducib.* & ex eo D. Dieteric. *ad A.B. t.* 13. Aſt illa fortaſſis, quàm hic recitari par eſt, prolixiora. *Lampadius* vel ipſam ſimul permonſtravit occaſionem, & propiùs adhuc expreſſusque nuper Ampliſſimus *Forſtnerus.* Sub Carolo M., *inquit*, & „ Ottonibus, regia manus. Unus imperitabat, nullis exce- „ ptionibus, non precario jure parendi. Poſtquam verſa „ rerum facies, & Henrici Friderici q; cum Pontificibus Ro- „ manis diſsidere cœperunt, Principum haud pauci Cæſari- „ bus fidem & obſequium vendentes, immunitates extor- „ quebant quiſque ſibi, & quò ſocii potentiâ niteretur, etiam „ aliis. Hactenus *ille.* Properamus nos ad bella externa: quibus occaſiones haſce unicè ferè imputari vulgò videmus, *conſul.* Knichen *de autocrat. c. 1. n.* 1001. Diſertiſsimus nobis Jani *Douſæ* calamus heic deſerviet, à quo hæc ſunt verba in „ *lib. 5. Annal. Holland.* Cui cupiditati, *ditiones puta ſuas per-* „ *petuô & tantum non Regiô jure tenendi*, præviam rei benè „ gerendæ facem partim &c. partim *frequentes in hac loca ac*

ap. Lehm. l. 4. c. 3.

p. 216.

„ *tantum non quotidiana Normannorum* incurſiones alluxê-
„ re. Quò impetrabiliores Comitum noſtrorum (*Hollandia puta*) preces exiſterent, ſcilicet, ad mancipio porrò ac-
„ cipiundum, in cujus poſſeſſionem hactenus, non niſi fidu-
„ ciariam mitti conſueverant. Neque verò in arduo fuiſſe
„ credendum, talibus præſertim viris, & (quod rei caput eſt,)
„ tempore ad eam rem oportunè capto, Principum ſuorum
„ affectus expugnare, qui uti vehementes ferè, ita mobiles,
„ ſæpe ſibi ipſis adverſi. Eò minùs, quod maritimæ hæ ple-
„ ræq; omnes ac limitaneæ nationes, & prædæ pariter & pœ-
„ næ occupantium expoſitæ, hominum ſimul ac Deorum fi-
„ dem aſſiduè implorantes; nihil aliud quàm idoneum pro-
„ pugnatorem ſibi dari flagitabant; qui ſeſe tandem à paga-
„ norum contumeliis atque injuriis aſſereret ac vindicaret.
„ UNDE *provinciæ non paucæ, ne inultæ atque indefenſæ in va-
„ ſtitatem penitus ac ſolitudinem redigerentur*, liberaliter
„ conceſſæ illis, quibus animus foret, eaſdem à paganorum
faucibus ereptas, ſudore ſuo & ſanguine per arma recupe-
randi. Ante *Douſam* B. *Rhenanus*: Primus ſub veteribus
„ Francis liberæ poteſtatis Dux fuit in Saxoniâ Henricus,
„ Ottonis Pater, qui poſtea Germanico Regno præfuit.
„ *Idq; eam ob cauſam ut Sclavinos arceret*, diligentius autem
cuſtodiuntur quæ propria ſunt. Alludit Rhenanus ad il-
lud Alexandri Severi: Limitaneos Duces & milites atten-
tiùs militaturos, ſi ſua etiam rura defendant. Lamprid. *in vitâ Alexandri c. 58.* Res autem ipſa docuerat, Hungaris
ſub Ludovico IV. Imperium invadentibus, nonnullos Du-
cum non ſolum pugnam non intuliſſe, ſed ut proximi cade-
rent, anhelaſſe, ſcribit Luitprand. *lib. 2. c. 6.* unde illud Lam
pridii, ad præſentis occaſionis colores, paſſim transfertur.

Lib. 2. rer. Germ. p. 96.

Add.

Add. Grotius *1. Annal. Belg. p. 3.* Knichen *d. c. 1. n. 988. ſeqq.* Ferrar. Montan. 1. *de Feud. c. 1.* Pancitoll. *in Notit. Imp. Orient. c. 139.* D. Limnæus *lib. 4. J. P. c. 1. n. 8.* Magnif. D. Tabor *de Metat. p. 1. c. 6. n. 3* ubi & *Nov. Juſtin. 24. præf.* adducitur.

Sed ad occaſionum uſum tranſire, tempeſtivum nunc fuerit.

CAPUT VII.

ILluſtris Baro & Vice Comes *Baconus* Angliæ Cancellarius, non unô nomine magnus, in mirando *de augmentis ſcientiarum* opere, inter deſiderata, (quæ vocat eas ſapientiæ partes, quæ neglectæ incultæq; jacent, hominum induſtriâ nondum ſubactæ & ad uſum converſæ:) cum alias complures, tum quoq; negotiandi, quam ait, prudentiæ bipartitam de occaſionibus ſparſis & ambitu vitæ doctrinam: quarum poſterior ad propriam cujuſque fortunam ſpectantia excerpat & ſuggerat, poſtquam numeraſſet, ſubinde tamen, ſemet velut explicaturus, addit: *In deſideratorum cenſum repoſitam & hanc eſſe doctrinæ portionem, non quin in praxi, etiam nimio plus quam oportet, uſurpata ſit & frequentata: verùm quod libri de illâ ſilent.* Verè iſtud *Baconus*, & maturiſſimô, quô omnia, judicio. Et vel Proceres noſtri, modò illud *nimium* eximatur, fidem dictis, ceu viva documenta, comparaturi videntur. Negotia fortunam Eorum attinentia, imò librantia, occaſiones ſparſas, contueri hactenus licuit. Sed nec in optandis iis aptandiſque omnibus, rerum ſuarum ſimul ac communium ſtatui, vel ſolertiâ ſibi vel judicio illi defuére. Tantum enim abeſt, ut (dico autem eos qui ſacri hujus Romano-Germanicæ Reipubl. corporis vivida, & fida hodienum membra ſuperant) tot licet tantiſq; opportunitatibus, ad jugum juſti Imperii excutiendum, ſibi utendum fore rati

l. 8. cap. 2. d c. 2. p. 259.

rati ſint, ut potius, quicquid privatæ acceſſit potentiæ, converti ſiverint in arctiora & ſolidiora vincula, queîs eum Auguſto capite & publico egregio jungerentur: iſthæc imò ipſimet moliri voluerint. Factum adeò eſt, ut nihil ferè publicarum opum perire Regi noſtro aut Regno poſſit, quin par & doloris vis & jacturæ ſenſus, ſingulos ſingulorumque rēs penetret & concutiat. Ut enim ſummæ ditionis jura, quæ per hoſce rerum tranſitus ſancta ſalvaq; Imperatori adſunt, nunc taceamus; feudi illæ leges & pactiones, quibus pleraq; territoria, & jura iis annexa, transſcribi cœperunt Proceribus, vel ſolæ, ita, uti diximus, rem habere evincunt. Neq; enim nunc movebimus, quod feudorum conſtitutio perfectum ſapere dominatum, ex Politicorum opinione, reputetur,

Bodin. *lib.2.de Republ.c.2.* Heig. *lib.1. quaſt.1.n. 40.ſeq.* Arniſæus *lib.2.Relect.Polit.c.3.ſect.5.n.10. ſeqq.*

cum non tantùm feuda illa noſtratia inſignibus poteſtatis dignitatiſque prærogativis gaudeant, ac de cœtero, ad rerum plenô jure poſſeſſarum indolem propiùs accedant: ſed multa quoq; in alode habeant habuerintq; Proceres noſtri, imò provincias integras, civitates, oppida &c. Talis enim olim Comitatus Waldecciensis. D. Reinking *de R.S. & E.l.1. cl. 4. c.16.n.39.* Bregantinus, *Aut.* der Lindauiſchen Außführ. ic. *p.12.* Hollandicus, Janus Doula *d.l.5. Annal. Holland.* Grotius *d.lib.1.* Talem item hodie perhibent Comitatum Mœrſenſem, Reink. *d.n.39.* Pinnebergicum, *Coll. Publ. de S.R.R. vol.1.diſp 6.th.8. lit.B.* Baroniam Bronchorſt & dominium Aerſſen, Frider à Sande *in conſuet. Feud. Geldr. tract. prælim.c.1.n.4.* qui ſubjicit, ejuſmodi terras à Geldris ineptè & bar-

& barbare appellari **Sonnen-Lehen** / quaſi à ſole in clientelam, nec alicujus hominis beneficio teneātur; quæ appellatio, ſimili tamen in ſenſu, uſurpatur nobili Hannoniæ deſcriptori ap. *Braun. fol. 23.* laudante Limnæo *in addit ad I.P. lib. 4. c. 6. p. 421. conferatur* Gudelin. *de jure Feud. p. 1. cap. 3. n. 9.* & extat quoque in vaticinii cujuſdam carmine vetuſtiſſimo, his verbis: **vnd alles / ſo durch Vorſchub der alten liſtigen doch thörichten Schlangen / dem alten Bähren mit Gewalt entzogen / abgezwacket / vnd der Clèriſey zugeeignet / benebenſt dem Sonnen-Lehen / völliglich wiederumb herbeybringen.** ap. Henric. Salmuth. in *reſponſo jur. pro Matrimonio Principis cum virgine nobili pag.* 100. Civitates denique immediatæ, vix quâquam exceptâ, ad hunc cenſum pertinent, vid. Limn. *ad Capitul. D. Caroli V. art. 24. voce* **Stätte.** ubi tamen obſervandum, hujus generis territoriorum Dominos Imperatorem, licet non patronum ſeu Dominum feudi, ſuperiorem tamen & Principem ſuum agnoſcere,

Sande *d. n. 4.* D. Anton. *de Feud diſp. 1. th 2. lit. H.*
Knichen *cap. 1. de territor. n. 11 ſeqq.*

ejusq; conceſſioni regalia, allodiali Comitatui &c. cohærentia, acceptò ferre, **es werden die** Regalia **nichts do weniger von Käyſerlicher Majeſt. vnd dem Reich geliehen /** Reink. *d. c. 16. n. 41.* Atque ita intelligendum, quod ſcribit nobiliſſimus D. Vit-Ludovicus à **Seckendorff auff Obernzenn im Teutſchen Fürſten-Stand** 2. **Theil.** *c. 2. n. 1.* **Daß die Herrn vnd Stände im Römiſchen Reiche / von der Käyſerl. Majeſt. als dem höchſten Oberhaupt im Reich / mit jhren Landen vnd Herrſchafften / oder doch mit denen Regalien / beliehen werden.** Non minùs ergò prudenter quam feliciter evenit, ut novo hactenus, alioquin ad ve-

ad vetuſta reclinante, inſtituto, publica jura & rura in privatorum quaſi redigendo marſupium, publicis neceſſitatibus per privata ſtudia optimè fuerit conſultum. Quinimò & nuper Thom. Campanella Regi Hiſpaniæ ſuadere non dubitavit, ut ipſe iis, qui egregiam Reipublicæ operam præſtitiſſent, ditiones & dominia conferret: quò tanquam membra Regni ex hoc facta, tantò fortiùs illud, belli & Pacis tempore, conſilio & armis tuerentur, *diſcurſ. de Monarch. Hiſpan. c.14.* Illud itaq; ad ſequiores Reipubl. noſtræ tempeſtates, quæ leges non ferunt, referri oportet, aliàs cauſæ elencho laboraturum, quod *ad 2. Tacit. Annal.* ſcribit Forſtnerus: *Germania erat olim ſub Imperatoribus armis, opibus, potentiâ ingens, nunc, ex quô Optimates commiſſas ſibi quondam provincias in Principatus mutaverunt,* (& hoc ex præcedd. temperamentum capiet) & *beneficia,* quæ feuda hodiè dicimus, *primâ inſtitutione temporaria & cum perſonâ, cui conferebantur, exſpirantia, in ſobolem tranſmiſerunt, Domino penè tota excidit.*

Supereſſet ut, quo jure vires iſtæ Procerum validiores, & coaluerint olim & hodienum ſubſiſtant, tandem adjiceremus. Verùm eâ, quam nunc reliquimus, diſputatione, articulus iſte jam expeditus videtur. Sive enim remotiores quæſieris titulos: dedimus neceſſitatem uſumq; publicum, laborum mercedes, fortiter geſtorum præmia: adde & fidei Chriſtianæ propagationem ac conſervationem; ſive propiores, præſtò ſunt Auguſtales donationes, ſucceſſio, præſcriptio, feudalis conceſſio, privilegium, & denique, cujus momenta & partes admodum *ſupra* excuſſimus, Conſuetudo, nunc etiam ſcriptis & fundamẽtalibus Imperii Legibus toties quoties roborata ac munita. Num ergò è re ſit Reipublicæ Rom. Germ., quod ſæpè laudavimus, inſtitutum? numvè idem diſciplinæ

ſciplinæ & genio ejuſdem conſentaneum ? ceu dubitare vel neſcimus vel abominamur: ita quærere nolumus, fortè nec debemus. Tranſimus potiùs cum *Marcello Eprio*, qui ap. *Tacitum*, ſe meminiſſe, *inquit*, temporum quibus natus ſit, quam civitatis formam patres aviq; inſtituerint, ulteriora mirari, præſentia ſequi: & *Bacono Verulamio*, rationibus Status magnoperè convenire, *pronunciante*, ut ſubditi de jure Regni minimè inquirant. Reliqua hîc probamus *Forſtnerum* ita in genere ſtatuentem: Nunquam mihi iuſtum videbitur, Optimates, qui certis legibus parent & vetuſto iure immunitatibus gaudent, abſoluto velle Imperio ſubiicere: Hoc enim nihil aliud eſſet, quam ex legitimo Principatu formare Tyrannidem; vel, revangare mundum, uti ait Baldus noſter *conſil.* 307. *n.* 2. Car. Ruinus 1. *conſ.* 22 *n.* 3. Knichen *de Saxon. non. Prov. jure voc. Ducum Saxon. quaſt.* 92. Sed diutius hiſce immorari non patitur inſtituti noſtri ſcopus, à quo, ut propiùs etiam porrò abſimus, curandum nobis fore exiſtimamus.

lib. 4. Hiſtor.

In Hiſtor. Reg. Henrici VII. p. 83.

In not. ad 2. Ann. Tac. aliter idem ad 13. Ann. c. 54.

CAPUT IIX.

PErvidimus ergò initia, progreſſus & complementa eius poteſtatis, quâ inclyti Principes noſtri pleraque, quæ Imperator in Imperio Romano-Germanico, in ſuis terris ac provinciis, regio quaſi ac ſtabili iure diſponunt. In Cæſaris enim non ſecus quam alterius cuiuſq; ſummi Principis manu conſiſtere iura belli, pacis, fœderis, Magiſtratuum, Legum, Fiſci, Vectigalium, Comitiorum, collectarum, monetæ, dignitatum, privilegiorum, judiciorum, ſacrorum, & quæ his accedunt aut ſubdi poſtulant, procul dubio eſt. Atq; eadem Duces, Principes, Marchiones, Comites & reliquos in noſtrâ

republi-

republicâ territoriorum, quos vocant, Dominos, ipſos etiam Nobiles immediatos, in ſuis illis Provinciis tantùm non liberiùs agere & diſpenſare cernes: idque vigore regalium & ſuperioritatis territorialis, quæ Germ. audit. die Lands-Fürſtl. Gräffliche ꝛc. hohe Obrig- Herꝛlich- vnd Gerechtigkeit / vel explicatiori vocum complexu ita: Der Fürſten vnd Stände / auch der vnmittelbahren Ritterſchafft / Regalien / Hochheiten / Obrigkeiten / Geiſt- vnd Weltliche Würden / Recht / Gerechtigkeiten / Freyheiten / Gebräuch / gute Gewonheiten / Macht vnd Gewalt ꝛc. vid *Capitulat. Cæſar art.* 3. aut quomodo in inveſtiturarum & confirmationis Regalium Tabulis conſignari ſolet, das dem Lands-Herꝛen verlichen vnd gegeben werden / Fürſtenthum / Graffſchafften / Herꝛſchafften / Schlöſſer / Stätte / Dörffer / Lande / Leute / Mannſchafften / Lehenſchafften / Geiſt- vnd Weltliche / oberſte vnd niederſte Gerichte / Regalien / Zölle / Geleite / Müntze / Bergwercke / Wildbahn / Fiſchereyen / Renthen / Gefälle / Nützungen / mit allen vnd jeglichen Obrigkeiten / Ehren / Würden / Freyheiten / Herꝛlichkeiten vnd allen Zugehörungen / referente D. Vito Ludovico à Seckendorff Teutſchen Fürſten St. 2. Theil. *cap.* 1 *num.* 4.

Talia ergo Cæſarum Procerumque jura, per tranſennam ſaltem intuiti, non contendere duntaxat auſi ſunt veteres Dd. ſed & æquiparare ſenſim, atque idem de utriſque exiſtimare, & tum ſibi tum aliis perſuadere inſtituerunt, uſq; dum ſententiam ſuam tali, qui nunc per aliquot Secula celeberrimus, inſinuare viſum fuit aphoriſmo: Duces, Marchiones, Landgravios, Burggravios, Principes, Comites, Barones, Civitates Imperiales, No-

les, Nobiles immediatos tantum poſſe in ſuis territoriis, quantum Imperator in toto Imperio. Cujus originem & quaſi internam cauſam adhuc expendimus & prolixè recenſuimus, ut jam quidem ad auctores veniendum ſit, qui principes iſtud axioma hunc in modum adornarint. Quam fortè rem non ita facile extricaveris. Caſpar Klockius Conſiliar. & Cancell. Brunſuic &c. *vol.3.conſil.*102. opinionis, quam vocat, hujus anteſignanum perhiberi Paulum Caſtrenſem *in part.2.conſ.34.n.2.& 4.* teſtatur, idemq; repetit *in tract.de contribut.c.4.n.134.* addens, Caſtrenſem deinde cœteros, more avium & ovium balantium, ſecutos fuiſſe (ubi nota, quod iſtam promiſcuæ ſequacitatis dicam Opinioniſtis Italis jam ſuo tempore ſcripſerit Decius, teſte H Piſtor.*lib.2.quaſt.5.n.4.*) Quamvis autem Henricus à Roſenthal in *synopſ.Feud.c.10.concl.13.* cum Felino ſentiat, Caſtrenſem & ejus ſequaces loqui de Duce Mediolanenſi, in cujus inveſtiturâ reperiantur hæc verba (prout reperiri teſtatur ipſe Caſtrenſis *d.conſ.34 n.5.ante fin.* qui tamen paulò aliter, quam Roſenthal vel Felinus, & hôc tenore, recenſet) *Et gerere & facere in Ducatibus Mediolani &c. prædictis, quæ Nos & Rom. Reges & Imperatores gerere & facere & expedire poſſemus, etiam de plenitudine poteſtatis &c.*

Ex argumentis tamen, quibus definitionem ſuam communit Paulus, & imò ex integro illo reſponſo, quàm ſatis eſt, conſtat, non ſecus de aliis Ducibus, Comitibus & Baronibus arbitrari ipſum, quàm de Mediolanenſium Ducibus: utut in hiſce multò fortiùs ac in aliis, illam ſtringere, ex relato inveſtituræ articulo, colligat, *vid. in fin. conſil.* Cætera enim *ſub num.2.* diſertè ſcribit Caſtrenſis: *Quod Comites, Duces &*

 ſimiles

ſimiles Barones, in terris & locis, ſibi ab Imperat. jure perpetuò conceſſis, omnia facere poſſint, quæ Imperator per totum orbem. Atque rurſum *in n.5. Reges ergò*, inquit, *Duces, Comites & Marchiones in eorum terris videntur eſſe Principes, & omnia poſſe quoad ſubditos eorum, quæ poſſet ipſe Imperator.* Hactenus itaq; manet eorum traditio, qui Autorem laudant Caſtrenſem; & ipſe tamen Caſtrenſis, non minùs cautè quàm modeſtè, officium Regulæ illius explicaſſe videtur. Sic ſiquidem jura, v. c. Ducalia, cum Imperatoriis comparat, ut illa repetat, metiatur, determinet ex Imperatoris conceſſione, conceſſionisq; modo & authoritate: ut Baronibus (generaliter enim pro quibuslibet Magnatibus Itali utuntur hôc vocabulô vid. Schrader. *conſil.* 13. *n.* 170. Sixtin. *de regal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 51.) propriam quidem ac perpetuam tribuat poteſtatem, quæ tamen Imperatoris reſpectu vicaria ſit, ut adeò quam Duces exercent Juriſdictionem, (hanc dicens, nihil non territorialis juris complectitur:) Imperatorem per eos exercere non diſſimulet: ut deniq; Imperatorem, ceu ſuperiorem Dominum & concedentem, recognoſcendum, Proceres ſtatuat inferiores, magiſtratus conſtitutos, & vicarios perpetuos. Quæ in tranſcurſu interſpergere voluimus eorum in gratiam, qui, dum axioma iſtud tanquam regulam catholicam & perpetualem, ad quaslibet controverſias abſq; dilectu fidenter transferunt, ſub Caſtrenſis aut ſimili authoritate, tutum ſibi refugium & patrocinium paratum, atque longum modo illius & ſequacium produxerint agmen, ſuô regulæq; illius munere bellè ſemet defunctos autumant

Deceſſit Caſtrenſis Paduæ an. 1487. teſte Volaterrano.

Redimus nunc ad inquiſitionem Autoris, benè hujus noſtri an malè dicti. Caſtrenſem verò non fuiſſe vel inde apparet, quod

Roma-

Romanus *conſ.59.n.7.* Baldus *in l.5.ff.de Juriſd.* *l.26.C.de donation.int. Vir. & Uxor.l.2.C.de conſtit.pecun.l.7.C.de probat.l.fin.C.de teſtam.milit.lib.2.conſ.188.num.6.lib.3.conſil.359.* Ejusq; frater Angelus *conſ.139.* imò & Præceptor ipſe Bartolus *in l.omnes populi.n.8.ff.de I.& I.& l.infamem.n.14.ff.de Publ.Judic.*

loca evolvere nunc non vacat, fidem autem hâc in re credo habebimus, illos laudantibus, Bachovio, JCto accuratiſſimo & cum veteribus comparando *vol.1.Diſp.Treutl.3.th.6.lit.E.& diſp.23.th.1.lit.C.* Ludolpho Schradero, Imperat. Potentiſs. Electoris & totius Sereniſs. Domus Brandenburg. Conſiliario & Profeſſori Juris in Academ. Francofurt. *in tract.Feudal.part.10.ſect.1.n.33.* Johan. Herm. Stam, ſupremi Conſiſtor. Spirenſ. Senatori *lib.3. de Servit.perſon.cap 8.n.1.* Herman. Vultejo, ProCancellario & Anteceſſori Haſſiaco, vel potius toti incluto JCtorum Collegio Marp. *vol.1.conſ.16.n.46.* Quod Baldus, inquam, Romanus, Angelus & Bartolus ipſe theoremate iſto jam tum uſi reperiantur. Antiquiorem igitur Pauli Caſtrenſis ætate uſum ejus eſſe oportet. Baldus enim ad plures abiit anno Seculi XV. duodecimô, Bartolus Seculi XIV. annô 55. Ut proinde nihil dubitemus, jam tum Bartoli temporibus, ore ſcriptisq; JCtorum celebrari cœpiſſe, illud axioma. Nec enim diverſo, opinor, ſenſu Philippum Leidium, qui cum Bartolo fuit ætate conjunctus & apud Gallos Jus Civile profeſſus, *in lib.de Republ.* ſcripſiſſe & ſœpe repetiiſſe: *Comitem Hollandiæ Imperatorem eſſe in ſuo Comitatu.* Quanquam id aliorſum trahere annitatur Hugo Grotius *in Comment. de Antiquit. Reipubl. Batav, cap.5.* Idem autem de Comite Hollandiæ dicere voluit

luit Leidius, quod hodiénum vulgi ore jactari teſtatur D. Reinking. *de R.S. & E.lib.1.cl.5.c.6.n.5.* **Ein jeder Herr iſt Käyſer in ſeinem Lande**/ cui ſimilis vox, quâ frequenter Principes noſtri uti ſolent: *Ego tibi ſum Imperator in meo territorio*, teſte Oldendorp. *cl.2. art.9. rubr. ne quid in loco ſacro n.4.*

Cunabula ergò ad Seculum XIII. & D. Rudolfi I. (de quo Forſtnerus *ad l.13. Tacit. Annal.* Rodolphus Habſpurgius, *inquit*, modicis initiis contra Ottocari ferociam liberis quoque provehendis favorem ſibi Procerum conciliaturus, omnia Principibus largiebatur) imperium, qui rejecerit, noſtro quidem nomine erroris haud poſtulabitur, cum rem etiam ipſam benè multum antiquiorem eſſe in præcedentibus patuerit. Id denique ut addatur forſan nec opus eſt, uſu poſtmodum adeò aſſiduo tractatum uſquequaq; tritumq; eſſe axioma noſtrum, ut vix ſcriptum Juridicum, quantivis aliàs pretii, proximis aliquot Seculis & luſtris in publicum exiverit, illô non ornatum: *add.* Warem. ab Ehrenberg *de Regni ſubſid. &c. c.15. n.15.* Unde & doctrinæ communis, communiſſimæ & vulgatæ elogio paſſim effertur. Formula parietaria à Zachariâ Victore, Cancell. Waldecc. *de cauſ. exempt. Imp. c.4.* dicitur: ad prodigalitatem uſque toties decantata à D. Limnæo *lib.4. I.P.c.8.n.5.* & Nicol. Mylero, Sereniſs. Ducis Wurtenb. Conſiliario *in tract. de Statib. Imp. c.15.* Patronos, præter omne ſuum meritum & dignitatem plurimos conſecuta, à Nobiliſſimo ab Einſiedel *de Regal. c. ult. n.24.*

Nobis inpræſentia hoc tantummodò agendum ſuperat, ut brevibus adnotemus, ſi quid de cõtroverſiis nonnullis, quæ ad noſtram theoricam veluti obruſſam revocari vulgò & exigi conſueverunt, in medium ſtatuendum videatur. Seriem autem in eô filumvé Juris Inſtitutionum ſequi placet.

Unum

Unum tamen non poſſumus, quin verbo ſolùm moneamus, ad præcedentia ſpectans. Eſſe nempe ex interpretibus quoſdam, cœteris forſan hoc ipſo prudentiores ſibi viſos, qui magno errore introductum queruntur effatum iſtud, potiusque adulationem aulicam, quàm veritatem Politicam redolere. Verùm enim verò, uti de poſteriori ex ſuperioribus judicare alios malumus: Ita certè prius vel propterea ſuſpectum nobis redditur: quòd ſic quidem per paucos iſtos oculatiores, tantùm liceat non omnibus, quorum utpote ſtudiis illud unius fortè inventum adhuc ſuſtinetur, communis erroris dicam impingere JCtis, *Felino*, puta, cur enim non laudemus egregiæ notæ plerosque? *Alexandro*, *Caſtrenſi*, *Ludovico Pontano* ſeu *Romano*, *Socinis*, *Jaſoni*, *Curtio*, *Surdo*, *Cacherano*, *Decio*, *Cephalo*, *Riminaldis*, *Cravetta*, *Pariſio*, *Muſcatello*, *Barbatiæ*, *Pancirollo*, *Chaſſanæo*, *Schurfio*, *Thomingo*, *Paciano*, *Gailio*, *Scaccia*, *Pridero*, *Stephanis*, *Sichardo*, *Borcholtio*, *Schradero*, *Vultejo*, *Koblio*, *Weibio*, *Beſoldus*, *Rauchbario*, *Piſtoriis*, *Betſio*, *Hilligero*, *Weſembeciis*, *Bachovio*, *Knipſchildio*, *Harprechto*: JCtis deniq; *Lipſienſibus*, *Marpurgenſibus*, *Gieſſenſibus*, *Altorffienſibus*, *Argentoratenſibus*, aliis quam plurimis: viris citra omne dubium perſpicaciſſimis, ſubtiliſsimis, & cum in Procerum, tùm in ipſorum Cæſarum aulis & curiis admodum verſatis. Erroris ergò hujus, ita nunc loqui fas ſit, ampliſsimi cauſam percontantibus, non aliam reddent nobis, quam quod thema iſtud ſimpliciter & generaliter acceptum non ſit verum, ſed in multis caſibus fallat &c. Sed quid inde? Nam hanc ad formam & nobis integrum fuerit colligere & excipere? Atqui non placita tantum generalia ſeu Brocardica, Doctorum commentis debita, ſed ipſæ etiam Juris receptæ ſententiæ & regulæ, non ſunt univerſaliter veræ: ſed,

 ut ad

ut ad caſus ſpeciales ventum eſt, multis modis fallunt, imò propter genium materiæ vel objecti (quod ſunt res Civiles, quæque nullo minùs quam eodem tenore ſe habent) nec aliter poſſunt. Ergò, quod nemo ſanus cogitaverit unquam, una omnibus cauſa & genitrix Error. Scilicet in toto hoc genere proprium, & omnium, non noſtræ ſolius, Juris regularum communis natura eſt ac indoles, ut ubi iſtas ad ſingulares caſus, quibus tamen exhauriendis laxior verborum amplexus ſufficere videbatur, traducere cœperis & accommodare, ut plurimum hactenus ſubverti univerſalis definitionis, quâ hujuſmodi definitionum conſtat perfectio, officium deprehendas. Quod apprimè confirmatur *l.202 junct. l.1 ff. de R.J.* Unde ratio parùm idonea, imò nulla exiſtit, ſi quando territoriorũ Dominis, jus aliquod, Imperatori tamen competens, denegandum ſuadeat ſolidior prudentia, cur ipſum è veſtigio dogma noſtrum invadendum tibi & iniquis nominibus ſugillandum credas: Niſi fortaſsis omnes cum Regulis ſuis exceptiones, &, quot limitationes regulis aptare noverimus, tot diſsidiis cum ſemetipſo, jus committere allubeſcat. Quod uti non fieri nunquam, haud diſsimulari poteſt, ita cum ſcientiæ noſtræ inſigni dedecore & labefactatione fieri, modò rem, uti eſt, rectè exputaverit, nemo puto inficiabitur. Et vel vulgatum iſtud alia nos omnia quiret edocere: *Exceptio non oppugnat regulam, ſed declarat & firmat in caſibus non exceptis, vid.* Barboſ. locuplet. *l.5.c.23. axiom. 24. & 26.* Præter rem itaque dogmatis noſtri Auctores ſequiùs coarguuntur: potiùs enim circumſpectæ minùs & promiſcuæ ad obveniẽtes, quaslibet hypotheſes applicationi, quicquid ſubeſt errorum, aſsignandum. Illi ſcilicet rectè atque ordine egerunt, jus per plures ſpecies uſurpatum in unam generalem

lem regulam conciliando: haud contra quàm docuerat JC. Paulus *in l.1.ff. de R.*J. & nuper ita proceſſiſſe videas Sultholtium *Diſſert.de Juriſd.aphor.403.* Beſold.*de* J.*P.p.3.c.5.* Becker.*de jure publ. lib.3. cap.4.n.16.* Contra verò nuſquam præſentius,ac in applicationis, quam diximus, ratione, ſicubi tantillum ab artis tramite deflexeris, pernicioſi erroris periculum. Ut adeò non regulæ hoc, non Auctorum, ſed applicationis &,unde antea repetiimus, materiæ civilis vitium ſit; Quod tamen nec ipſum noſtræ huic proprium aut peculiare,ſed in omnes competit Juris Civilis definitiones, quas nullâ aliâ ex cauſâ periculoſas vocat JCtus *in l.202.ff.de R.*J. & de quibus proinde *Quintilianus:* Moris mihi ſemper fuit, *ait*, quam minimum me alligare ad præcepta,quæ Catholica vocant,univerſalia & perpetualia, raro enim reperitur hoc genus,ut non labefactari parte aliquâ aut ſubrui poſſit. Hæc *Fabius*;omnia gemina illis quæ ſup. prædiximus,uti & dicterio Practicorum noſtrorum: Brocardicis haud nos tutò fidere, ſed laborandum eſſe de deciſione legis vel Doctoris in terminis,

Corne. *vol.1.conſ.7.n.5.* J Cti Marp. *vol.4.conſ.26.n.86.* Argentorat: *vol.1.conſ.84.n.210.* D. Franzk.*lib.1.Reſol.pract.16.n.83.*

Cautiùs ergò vereque, ut tandem hinc abeamus, locutos fuiſſe eos oportet, qui formulam iſtam comparativam, periculoſam dicere & periculoſiſſimam maluerunt. Quamvis ſi Brocardicorum ſeu theſium hujuſmodi concinnatores malè de Juriſprudentiâ merentur, ſi operam ſatis infeliciter collocant,ſi imò inſaniunt; quod tamen acri judicio viros & multis aliis eximiis artibus, judicare animadvertimus.

vid. Duaren.*ad tit. de Sponſal.c.3.* Argentre. *ad*

conſue-

conſuetud. Britann. tit. de donat. in præfat. n. 9.
Hartm. Piſtor. à Suſeliß *part. 3. quæſt. 30. n. 2.*

Quô numerô, qui noſtrum axioma, & maximè ſi ei fini, ut inde ſumeretur Jus, principes effinxére, hactenus futuri ſint: quilibet facillimo opere diſpexerit. Sed adeſt locus, in quo ſpicilegium noſtrum, quod diximus, occipere res poſtulat.

CAPUT IX.

Proœm. Inſtit. IN procemium autem Inſtitutionum ejusq; frontem cõſpicientibus ſtatim in mentem venit, ab Imperatore Juſtiniano omiſſam clauſulam *Dei gratiâ:* cujus uſum hodie ſolis ſibi, Majeſtatis lege, cum vindicent plerique ſummi Principes, quod de Galliâ teſtatur poſt Monſ. de Serrez Norderm. *de Jure Princip. concl. 88. lit. B.* Limn. *in Notit. Regn. Franc. lib. 2. cap. 6. lit. nnn. ſeqq.*

Apud nos illi etiã, qui Imperatoris ſeſe poteſtati obnoxios fatentur, & non ſoli Deo, ſed illi ſimul dignitatem & ditionem ſuam acceptò ferunt. Ejus rei cauſam non aliunde quàm ex regulâ: *Quemlibet tantum poſſe in ſuô territorio quantum Imperator in univerſo:* vulgò repeti cernimus, vid.

Thom. Michael *de Cæſar. Majeſt. &c. juriſd. concluſ.* 45. D. Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 5. cap. 6. n. 24.*
D. Nicol. Myler. *de Statib. Imp. concl. 34. n. 2.*

quo jure, quâve injuriâ vel inde dijudicatu facile: Quod 1. Civitatibus Imperialibus, licet & eæ poteſtatem territorialem habeant, non idem eſſe juris omnes largiantur. 2. Nec Comitibus, Baronibus & Nobilibus immediatis: ſed ſolis adeò Principibus, ſpecialiter ſic dictis, ac Comitibus eâdem dignatione (Gefürſtete Grafen) præfulgentibus. Utut non olim

olim tantum Comites, Barones & Nobiles: ſic in *Inſtrum. venditionis de anno* 1288. legitur Burchardus D.G. Comes de Hohenberg, *Docum. rediv. Würtemb. Monaſt p.471.* ita *Rodolphus D.G. Nobilis de Niffen* anno 1293. ſcriptum invenimus, *d. docum. rediv. p.515.* add. D. Benjamin Leuber im Magdeb. Staepelunfug rc. *n.1533. ubi alia documenta*, illam formulam nominibus ſuis adſcripſerint: ſed & hodie idem faciant Comites nonnulli. Ceu de illuſtriſſimis Oldenburgenſibus & Hollato-Schaumburgicis Comitibus compertum Nos habemus, cum D. Klock. *de contribut. c.4. n.146.*

3. Quod ſuperioritatis etiam prærogativâ expertes, titulo illo non abſtinuerint, exemplum in Decano Eccleſiæ Moguntinenſis legimus in Gräfflicher Stollberg. Deduction wegen Königſtein rc. in den Beylagen *n.3.* Idemq; de Legatis ſeu Deputatis paci aut fœderi faciendo refert Bodinus *de republ. l.1. c.10. p.294. pr.*

Quicquid verò ſit, certum de cœtero exiſtimamus, ſolidæ iſti & Regii apicis æmulæ poteſtati firmatæ, ſenſim deinde externa quoq; & inania, quæ vocat Tacitus, titulorum adjuncta fuiſſe. Et fortè primùm *Dei ſimul ac Imperatoris gratiã* in nuncupationũ ſolemnia induxére Proceres, qualis inſtituti exempla videſis ap. Limn. *l.4.* J. *P. c.6. nu.30. ibiq; in addit.* preſsâ poſtmodum & omiſsâ Imperatoris mentione: ad inſtar eorum quæ *ſupra* in univerſum hâc de re diſputavimus. Nec diſſimile quidem nuper adeò contigit in epithetis *sereniſſimi & Potentiſſimi*, quæ cum ſuperioribus Seculis Cæſarum eſſent ſolorum propria, poſtea principis attribui cœperunt, hodie etiam ferè ſecundi ordinis Proceribus.

Edicta Magiſtratuum Rom. & Legumlationem Pro- LIB. I.

K cerum tit. 2. §. 7.

cerum Imperii Rom. Germanici inter ſe contendunt Doctores maximè veteres,

Poſt Jaſon. Treutler. *vol.*1. *diſp.*23.*th.*1.*lit.C.* Sutholt. *diſſ. de Juriſd. th.*409. *ubi etiam* Batt. Angel. & Adam. Dion. *allegat.* Sichard. *in l.1. C. qui admitti ad bonor. poſſ. n.*15.

quos reprehendit Bachovius *in not. ad Treutl. th.*1. *lit.C.* vel ex hac, *uti ait*, ſola & ſolida ratione: Quod Principes Germaniæ non nudo Magiſtratus, ſed quôdam Majeſtatis jure ſtatuta condant in ſuis provinciis, in quibus utpote tantum & plus poſſint, quàm Imperator in Imperio. Prout & illam legum ſanciendarum poteſtatem, ejuſdem theoricæ vi, Proceribus noſtris alii aſſerunt, D. Reinkingk *lib.1.cl.5.cap.6 n.9.* Sutholt. *d. loc. th.*403.

Verùm non eſt, ut veterum interpretum doctrina temerè explodi mereatur. Quamvis enim territoriales Dominos priſcis Romanorum Magiſtratibus tantùm non omnia remur diſſimillimos: comparationem tamen hactenus, quod ad ſuſtinendum ejus nomen ſuffecerit forſan, ſibi conſtare fatendum, quod uti v.g. Prætores olim non ſuâ, ſed Populi vel Principis authoritate jus conſtituerunt, ipſo edocente Bachov. *in Comm. ad* §.7. *Inſt. de l. N. G. & C.* ita hodienum perpetui noſtri Prætores omnes auguſtioris ſuæ Juriſdictionis partes, & in iis Legum faciendarum jus, Imperatoriæ auctoritati & conceſſioni, ceu *ſupr.* dictum, accepto ferant, *conf.* Stam *lib.3. de Servit. perſon. cap.*10. *n.*18. *ſeq. ubi aliâ interpretatione Doctores juvat.* Et in ſpecie, Legislatoriam poteſtatem nec Adolfi Imperatoris tempore Status uſurpaſſe, niſi prævio ſingulari privilegio, aut intercedente confirmatione Imperatoris, teſtatur Beſold. *in tract. de libr. Jur. c.*9. Ipſe

imò

mò, *Theorica noſtræ* Auctor vulgò creditus, Caſtrenſis vicariam Procerum poteſtatem ſtatuere non dubitat, nec ſine applauſu,

vid. Coll. Publ. de S. R. R. *vol. 1. diſp. 6. th. 15. lit. A.* Stam *de Servit. perſon. lib. 3. c. 8. n. 1. poſt* Gail. Limn. *lib. 4. J. P. c. 8. n.* 8.

Et certè hæc opinio, utut aliis parum arrideat, *poſt* Knichen C. P. *vol. 1. diſp 5. th. 9. lit. C.* cum axiomate tamen *Principes tantum poſſe quãtum Imperator &c.* nec quicquam committitur; namq; de procuratore rectè aliquando dicitur, quod tantum poſſit quantum ipſe dominus *l. 60. § 4. ff. Mand.* quem ex eo mandatarium eſſe ſeu vicarium deſinere, nemo dixerit. Scilicet diverſimodè quid vicarium intelligitur: ſic in Romanis Legibus, quæ alio reſpectu propria audit Juriſdictio, & mandatæ opponitur, alio ex adverſum, nec minùs verè vicariam appellare licuerit.

Quod Imperatoriæ Majeſtati hic imputatur, *ob meritum alicui quid indulgere poſſe, ſine exemplo ſubvenire &c.* idem ad Proceres noſtros trahitur, ut nempe criminis gratiam facere pœnamq; remittere valeant, & quidem vi theoricæ illius, d. tit. 2. §. 4.

Matth. Steph. *de Juriſd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 384. ſeqq.* Reink. *d. c. 6. n. 25.* Limn. *lib. 4. J. P. c. 8. n. 268.* Beſold *p. 3. Jur. Publ. c. 5.* ubi tamen ex tenore quoq; inveſtituræ, auß Verleihung des Blut-Bannes hujus rei deciſionem deſumi vult,

Item diſpenſare in gradibus, quibus nuptias contrahere Jure Poſitivo vetitum

Petr. Weſemb. *conſ. 23.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 35. n. 33.* Joach. à Beuſt *de Matrimon. cap. 56.*

 Nec

Nec eſt, *inquit* D. Carpzov. *in* J. *P. Eccleſiaſt. lib. 2. tit. 7. def.* 110. *n. 9 ſeq.* quod de ſolo Imperatore hoc dictum exiſtimes, poſtquam hodiè Principes Imperii eandem in provinciis & diſtrictibus ſuis habent poteſtatem, quam Imperator in Imperio univerſo, *Menoch. Afflict. Wahrem. ab Ehrenberg &c.* De diſpenſatione in contractibus & teſtamentis, *inf. ſuis locis.*

Tit. 8. §. 2. Aſylorum conſtituendorum Jus Statibus facit D. Myler. *d. tract. concluſ. 57.* & favet huic ſententiæ ſœpe laudatum *axioma*, præter allegatas ab ipſo rationes ac præjudicia Civitatum Manheimii & Freidenſtadii. Nuper autem contrarium tueri annisus eſt D. Joh. Henr. Stamler *de reſervat. Imp.* §. *60.* qui tamē *in ſeq.* §. *61. n. 3. ſeq.* ex eodem axiomate infert, Status Imperii jure dandæ Civitatis gaudere.

Huc item ſpectat, quod non ſecus ac Imperator

l. 13. C. de Oper. publ. l. 2. C. pro quib. cauſ. ſerv. Æneas Silvius *de Ortu & auctor. S. R.* I. *c. 18. & ſeq.* Fachin. *lib. 8. controv. 62. quæſt. 2.* Johann. Köppen *deciſ. 44.* Excellentiſſimus D. Præſes *in diſp. de Jure Pacis concluſ. ſup. cit.* in Coll. Publ. de S. R. R. *vol. 1. diſp. 13*, & Doctores communiter.

Proceres etiam noſtri bona ſubditis, ex juſtâ publicæ ſalutis causâ, auferre poſſint ſecundùm eandem *regulam*

Mynſ. *obſ. 27.* Knichen *de Jur. territor. c. 1, n. 177. & Comm. in Duc. Saxon. jus & privileg. verb. Ducum Saxoniæ c. 7. in fin.* Gail. *lib. 2. obſ. 57. n. 7.* ubi in ſpecie de Civitatibus Imperialibus agit. Ziegler. *in Comm. concl.* § *Landſaſſii. n. 126.* Schrad. *de feud. 2. p. 9. part. princip. ſect. 11. n. 27.* D. Carpz. *in* J. *P. F. S. part. 2. conſt. 33. defin. 16.*

Atque uti ſic ad vendendum, ita quoque, iiſdem rationibus exigen-

exigentibus, ad emendum rectè cogi ajunt ſubditos à Magiſtratibus noſtris perpetuis,

Ruland. *de Commiſſar. p. 4. lib. 4. c. 7. n. 45.* Köppen *deciſ. 59. n. 18.* D. Carpz. *in Conſil. Elector. lib. 1. reſp. 42. n. 15.*

Spurios ac Naturales legitimandi facultatem Principibus noſtris inferioribus competere, per vulgatam theoricam decidit Paul. Caſtrenſ. *in ſup. cit. conſ. 34. vol. 2.* quem ſequuntur Tit. 10. §. 11.

Decius *conſ. 203. n. 6.* Schrader. *de feud. ſect. 1. n. 34.* P. Weſemb. *conſ. 18. pr.* H. Piſtor. *lib. 2. quaſt. 4. n. 6.* Ant. Coler. *de I. Imper. ſect. 40. ſub n.* VII. Limn. *l. 2.* J. P. *c. 9. n. 142.*

Sed uti in multis, ita & in hoc ipſo vitiari regulam, alii ſentiunt

Bocer. *de Regal. c. 2. n. 112.* Forſter. *de Succeſſ. ab inteſt. lib. 6. c. 34. n. 32.* Sixtin. *de Regal. l. 1. c. 5. n. 122.* add. Georg. Mund. *de Comit. Palat. c. 3. n. 85.*

An Arrogatio, uti Imperatoris, ſic Ducis quoq; vel Comitis poteſtate peragi queat: id ſeſe evidenti ratione inde affirmare putabat Harpr. *in Comm. ad d.* §. 1. *n. 6.* quia Proceres ejuſmodi *in ſuis territoriis omnia poſſint, quæ Imperator in univerſo Imperio:* in fidem, vulgari dicto, pro more faciendam, citatis *Bartolo, Baldo, Barbat. Cravetta, Ruino, Bertrando* & aliis. Harprechto autem adſtipulatur etiam Anton. Bullæus *in quaſt. quibus compet. jus Nobilit. p. 38.* Frid. Alb. Maul *de Statib. Imp. c. 3. n. 33.* Verùm quantumvis iſta ratio fuerit evidens, fallax tamen eſt & periculoſa; nec uſquam magis, quàm ubi hoc genus controverſiis definiendis ſine diſcrimine impenditur. Tit. 11. §. 1.

Summa Patriciatus ſeu Conſiliariorum Cæſ. dignitas, Tit. 12. §. 4.

 filios

filios à Patriâ poteſtate liberat: idem hodie de Conſiliariis cujuſvis Status Imperialis, *utpote qui in ſuo territorio eandem, quam Imperator in Imperio, vim ac poteſtatem habeat*, dici poſſe, itidem obſervavit

poſt Vultej. *ad hunc* §. 4. *n.* 3. Arithmæ. *peric.* 2. *diſp.* 6 *th.* 7. *lit.* D. Berlich. *part.* 2. *concluſ. Pract.* 11. *n.* 13. Harprecht. *ad. d.* §. 4. *n.* 2.

Quinimò ad reliquas immunitates & jura Imperatoriis Conſiliariis data, extendi hanc comparationem videmus,

Matth. weſemb. *part.* 1. *conſ.* 40. *n.* 42. *ſeqq.* Add. Klock. *de Contribut. c.* 15. *n.* 38. *ubi Roland. Marc. & Garſ. pro ſe adducit.*

Nos utrumq; nunc quidem in medio relinquimus: non temerè tamen ſeriò quis verebitur, ne Principum inferiorum Conſiliariis perperam vindicentur, quæq; Judicii Imperii Aulici & Cameræ Imperialis Aſſeſſoribus &c. indulta extant omnia, in

Kammer-Gerichts-Ordn. *part.* 1. *tit.* 49. R. A. *de an.* 1654. §. Hingegen aber. Capitul. Glorioſiſſimi Imperat. noſtri D. Leopoldi *art.* 41. *& ibi cit.* Reichs-Hoff-Rahts-Ordn. rc.

In aliis autem minùs difficiles ſe præſtantibus, haud gravatè aſſurrexerimus, v. c. ut à tutelâ excuſentur Conſiliarii Statuum *arg. l.* 30. *de Excuſ. Tutor.*

Tit. 13. pr. Veniam ætatis etiam à Proceribus noſtris impetrati poſſe, ex iiſdem principiis deducit *poſt Anton. Bulla.* Maul. *de Stat. Imp. c.* 3. *n.* 27. quam ſententiam recepto jure niti, non dubitamus;

vid. Würtenb. Land R. *part.* 2. *tit.* 27. Limn. *lib.* 2. J. *P. c.* 9. *n.* 149. D. Myler. *de Stat. Imp. concl.* 63.

Immuni-

Immunitatẽ Duces Germaniæ & reliquos Dominos territoriorum, ex diuturnâ quidem conſuetudine, concedere poſſe, poſt *Cravett. Burſat. Gylmann. Roland. Coler.* ſcribit Tit. 25. pr.

Klock. *d tract. c.* 16. *n.* 12. Magnif. D. Tabor *de Metat. part.* 3. *ſect.* 2. *c.* 1. *n.* 6.

nec tamen alia hujus rei cauſa à nõnullis præportatur, quàm quòd Duces reſpectu ſubditorum illud in ſuo Ducatu ſint, quod Imperator in Imperio,

Pariſ. *vol.* 1. *conſ.* 69. *n.* 3. & alii laudati à Klock. *d. n.* 12.

Iis qui res fiſci adminiſtrant, vel poteſtatẽ aliquam habent, uti & militibus vacatio à tutelâ in *dd.* §§. tribuitur: & affirmare putidum fuerit, Imperatorem de Statuum etiam noſtrorum militibus, magiſtratibus ac præfectis fiſcalibus exaudiri ſemet poſtulaſſe: interim ſi, regulæ noſtræ jure, Proceribus non minùs ac Imperatori validè aſſeritur Magiſtratuum creatio, ceu id quidem apertè ferunt Doctores, Tit. 25. §. 1. 3. & 14.

vid. Maul. *d. tract. cap.* 3. *n.* 40. Reink. *lib.* 1. *cl.* 5. *c.* 5. *n.* 45.

Si item fiſci & belli jura, de quo *inf. ad lib* 3. *tit.* Quid dubitabimus, D. Juſtiniani verba ad eos porrigere, de quibus ipſi licet in mentem nihil unquam venerit.

Flumina publica eorumque reditus ad Imperatorem pertinent, LIB. II. Ti. 1. §. 2.

l. 1. §. 3. *ſeqq. l.* 2. *ff. de Flumin.* ibíq; Weſemb. *in paratit. n.* 3. *c. un.* 2. *F.* 56. Roſenth. *de feud. c.* 4. *quaſt.* 23. P. Frider. *lib.* 2. *de proceſſ. extrah. c.* 36. *n.* 14. *ſeq.*

Ergò ad Principes ſimili ratione & Dominos territoriales:

Maul. *d. cap. n.* 40. Reinking. *d. c.* 5. *n.* 53. add. Coll.

Publ.

Publ. de S. R. R. *vol. 1. D. 6 th. 3. lit. D.*

Quam tamen ſimplicem abſque dilectu approbationem gravantur alii.

vid. Roſenth. *d. c. 4. quæſt. 24.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 5. n. 7.* Frider. *d. c. 36. n. 23.* Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 5. n. 122. & 128.*

Tit. 1. §. 12. ſeq. Quandoquidem Imperatori fas ſit, ut is, ſibi uni transſcripto venandi jure, hanc facultatem aliis interdicat: aliud utique in Proceribus haud fore ſtatuendum, illa dictet ratio, quâ iſtorum inter & illius poteſtatem diſcrimen non conſiſtat, niſi ſi quod ab arctiore ductum aut ampliore objecti complexu ſit. Ita hanc rem exputat ſimulq; contrariis argumentationibus convellendis noſtram regulam admodum impendit,

Harprecht. *ad d. §. 12. & 13. Inſt. de R. D.* add. Maul. *d. c. 3. n. 25.* Reink. *d. cap. 6. n. 48. ſeq.*

Sed longè melius omnibusq; partibus, vel omnia fallunt, fundaveris nobiliſſimum venationis privilegium, illas generoſi ſanguinis delicias, ab authoritate Imperatoris, ſive diſertè ſive tacitè ei rei accommodatâ, totam repetendo. Neque tantum opinor ſibi quiſquam temerè indulſerit, ut non vel inveſtituram conceſſionemvè Cæſaream, vel præſcriptionem immemorialem vel conſuetudinem heîc præ ſe ferre malit, quam illam, erroris toties poſtulatam & falſitatis theoricam.

Tit. 1. § 19. Idem circa theſauros juris, fiſco Procerum, quod Cæſaris, aſſignandum ſuadet generalis theoricæ noſtræ ratio.

vid. Maul. *d. c. 3. n. 44. 49. & ſeq.* Reink. *lib. 1. cl. 5. c. 6. n* 40. 41. 23 *52. ſeq.* ubi jus fiſci & reliqua regalia quæ in 2. *F. 56.* enumerantur, Statibus competere, illius axiomatis vi affirmant.

Rectiùs autem & publicis Imperii Legibus convenientius

procul

proculdubio agent Territorium Domini, ſi ſua fiſcii jura non tulerint accepta, niſi uni Imperatoris conceſſioni; juxta

Capitulationes D. Ferdinandi *III. art.28.* D. Ferdin. IV. *art.27* Glorioſiſſimi Imperatoris noſtri Dn. Leopoldi *art. 27.* add. Pac. Oſnabr. *art.8.pr.*

Ecquid ergò ex theſaurorum inventione ad Principes redit emolumenti? Nonnunquam totum quod à privatis inventum eſt, nonnunquam certa ejus pars. Totum, ſicubi in loco Principis datâ operâ *c.un.2. F 56.* multò magis ſi artibus vetitis in eôdem, aut etiam in fundo proprio repertus theſaurus.

l.un.C.de theſaur. Coler. *deciſ.* 100. *n.*4. Klock *de Ærario lib.*2.*c.*117. *n.28 ſeq.*

nam ſi in alieno privato, ſecus obtinet,

d l.un. verſ. quod ſi nobis. Bocer. *de Regal.c* 3. *num.* 180. Sixtin. *de Regal. lib 2.c.21.n.34.ſeq.*

integrum autem fortunæ donum cum altero quoque tanto reddere fiſco cogitur, qui partem ei debitam ſuppreſſit, *l.3.§. 11.ff. de jur. fiſci.* Cœterum dimidia pars fiſco vindicatur ex theſauris in fiſci vel Principis poſſeſſione fortuitò inventis, *d. § 39. Inſt. de R.D. d.l.3.* §. 10. *ff. de jur. fiſc.*

Sed anne idem dicemus in locis religioſis? Ita videntur quidem Divi Fratres conſtituiſſe in *cit. l.3.* §. 10. aliud verò Imp. Hadrianus eumq; ſecutus D. Juſtinianus in noſtro § 39. Quos inter ſarciendæ concordiæ multa propoſuêre in medium interpretes, repetita majorem partem & exacta à Nicolao de Paſſer. *l.2. conciliat. 9. in civ. contrar. p. 665. ſeq.* Qui acutiſſimos, & ſœpe meritò ſuo, ſe credi poſtulant, diverſa hic & diſſidentia Imperatorum placita; ſimulq; Triboniani exagitandi cauſam, ſemet offendiſſe rentur. vid. Bachov. *ad*

L *Treutl.*

Treutl. vol. 1, diſp. 20. th. 1. lit. G. Eorumq; ſententiam, à quâ nec ipſe D. Carpz. *in l. P. F. S. conſt. 53. defin. 5.* alienus, ita rigidè executus eſt D. Wiſſenbachius *in vol. 1. diſput. ad Pand. 18.* ut miſeros ac Triboniani mancipia vocet, qui idem ſibi perſuaderi non patiuntur. Sed qui religioſiùs tractare amant jura, veniam, ſpero, non gravabuntur nobis in alia omnia diſcedentibus. Impendio autem arridet ea nonnullorum opinio, quâ DD. Fratres de religioſis ad Principem vel fiſcum pertinentibus, D. Hadrianum de privatis locis accipiunt. Et certè hujus poſterioris ex ipſo *d.* §. 39. contextu ſatis evidens capitur argumentum. Ceu & iſtum, quem, diſcrimen illud rerum religioſarum negando, injiciunt eximere tibi ſcrupulum valebit, quod loca religioſa, utut ratione venditionis donationisvé prohibitæ,

l. 6 pr. l. 22. ff. de contrah. Empt. l. 6. §. 1. de religioſ. & ſumpt. fun. §. 1. Inſt. de uſucap. §. 2. Inſt. de inutil. ſtipul.

nullius eſſe in bonis § 7. *Inſt. l. 1. ff. de Rer. Diviſ.* nec illorum nomine quis locupletior fieri *l. 5. §. 8. ff. de Donat. int. vir. & uxor. l. 6. ff. de ſepulch. viol.* intelligatur, aliquatenus tamen dominio & juri noſtro, ſive privatorum ſive Principum ſubeſſe exiſtimentur. Quorſum enim, quæſo, aliàs referemus, quæ de hoc genus locorum Dominis, proprietariis, proprietate, communione, translatione in alium &c. tractant JCti in

l. 7. §. 1. l. 41. l. 43. ff. de relig. l. 6. §. 4. ff. de rer. Div. l. 1. §. 2. ff. de mort. infer. l. 6 ff. de ſepulch. viol.

Quòd teſtator de iis diſponere poteſt, *l. 3. §. 3 ff. de ſepulch. viol.* Briſſon. *lib. 2. ſelect. 16.* Quòd item ſepulchra ad hæredes, ſive ex teſtamento ſive ab inteſtato, & cœteros qualeſcunq; ſucceſſores tranſeant;

l. 5. l. 6.

l.5.l.6.ff.de religioſ.l.42.ff.ad SC.Trebell.l.4.§.21. ff.de Fideicommiſſ libert.

proindeq; etiam ad Principem, hæredem ſcriptum: aut fiſcum, qui bona vacantia jure hæredis occupavit,

*vid.l.51.§.ult.ff.de Fidejuſſ. l.1.C.de hæred.petit.l.2 C.ad L Jul.de vi.*Fachin.*lib.6.cap.22.*

Hinc imò eſt, quòd locus religioſus, majoris partis emptioni accedens, vendi etiam poſſit

l.24.ff.de contrah.Empt.add.l.53.§.1.eod.l.73.ff.de ✓A.E.

Quod Dominus loco religioſo adempto violatové, pauperior redditus cenſeatur *l.8.§.5.ff.de donat.int.vir.& uxor.* & eâ porrò ratione in ſepulchri violati judicio reliquis præferatur *l.3.ff.de ſepulch.viol.*

Quod deniq;, cum quidẽ rem religioſam quaſi noſtrã vindicare non liceat, actionem tamen eô nomine in factum habeamus *l,23.junct.l.43.ff.de Rei vindic.* Apparet ergo ſatis ſibi bene locorum religioſorum conſtare diſtinctionem in privata & publica. Nec cuiquam tamen, rebus illa promercalibus adſcriptum eunti, temere auctor fuerim, ab earum licet genio ſaltem noſtris moribus proximè abſint, vid. Carpz *in I.P.Conſiſtor.lib.2.tit.24.def.391.* Sufficiat aliquid hîc juris ejuſmodi permonſtraſſe, quod, prout vel Reip. vel Civibus quæſitum in loca religioſa, ita de theſauri in iis inventi dominio, & naturalem & civilem rationem ſecutos, decernere par ſit.

Utut nec ſubticere velimus, nunc utiq; ſupervacuam videri poſſe omnem hanc operam, ſi fidem modò adjungere licuerit traditis eorum, qui hodiernâ conſuetudine theſauros ad Principes & Reges pertinere teſtantur.

 vid.

vid. Farinac. *pr. crim. tit. de var. & diverſ. quaeſt.* 104. *inſpect.* 1. *n.* 32. Arniſ*æ*. *lib* 3. *de Majeſt. c.* 6. *n.* 23. Klock *de arar. l* 2. *c.* 117. *n.* 10 *ſeq* Covarruv. *in c. peccatum. part.* 3. § 3. *de Reg. jur. in* 6. Bornit. *de redit. arar. lib.* 3. *c.* 9. & Wiſſenb. *vol.* 2. *diſp. ad* *n.* 15. *theſ.* 15.

qui ſubjicit, principes theſauri ubicunq; inventi partem ſibi vindicare jure Regalium per *c. un. quæ ſint regal.* Cujuſmodi ſi quid uſpiam obtineret, aptâ defendi ratione poſſe, nos venerabundi judicium Bachovii *in Comm. ad* § 39. *n.* 4. *l. de Rer. div.* & ante ipſum Bornitii *de arar. lib.* 3. *c* 9., uti haud negaverimus: ita *d. c. un.* eam in rem gratis allegari, quivis nobis dabit.

Tit. 1. §. 47. Rebus levandæ navis causâ ejectis quàm ſimillima ſunt bona naufragorum, quæ diripere aut aliàs dolô amovere, non tantùm Jure Juſtinianeô, ſed Canonicô etiam & Rom. Germ. Impp. ſanctionibus, graviſſimâ ſub pœnâ omnibus, ipſi etiam fiſco Cæſareo, interdictum: abrogatis ſimul cunctis ubicunq; locorum, ſi qui vigent, moribus contrariis.

l. 44 *l.* 58. *ff. de A. R. D l.* 1. § 5. *& ll ſeqq. l.* 7 *ff. de incend. ruin naufrag. l.* 1. § 1. *&* 2. *ff. ad L. Jul. de vi priv. & c. l.* 1. *l.* 5. *C. de naufrag l.* 18. *& Auth. ſeq. C. de furt. c.* 3. *x. de raptor:* Peinl. Halßger. Ordn. K. Caroli V. *art.* 218. Add. LL. Wiſigoth. *lib.* 2. *tit.* 7. *leg.* 18. Neapol. vel Sicul. *lib* 1. *tit.* 28. Theodorici, Gothorum Regis, ſanctio ap. Goldaſt. *tom.* 3. *conſtit. Imp.*

Hodie tamen Galliæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Neapoleos, Siciliæ, Navarræ aliarumq; rerumpubl. conſuetudine, cùm amiſſa naufragiô bona ſibi aſſerere fiſcus non erubeſcat, teſtibus

Andr.

Andr Knichen *de Saxon. non provoc. jur. in verb. Ducum Saxon. c.5. rubr* Waſſer Fiſcherey Sixtin. *de regal. lib. 2. c. 3. n. 91* Limn. *in not. regn. Gall. lib. 2. c. 7. lit aaaaaa. & bbbbbb.* Bodino *lib. 1. de rep. c. 10.* Arniſ. *lib. 3. de Jur. Majeſt c. 6 n. 19.* Bruning *de var. univerſ ſpecub. concl 53* Grot *de I. B. & P. l. 2. c. 7. n. 1.* D Klock *de arar. lib. 2. c. 114 n. 1. & 15.*

nec minùs in ſuis territoriis, quàm Regibus in regnis, ſibi licere arbitrati fuére proceres: ac proinde, necquicquā reclamātibus D Friderici & D. Caroli V Impp. placitis, hujuſcemodi conſuetudines, uti dictum, nullas renuntiantibus, jus illud gnaviter exercuére nonnulli. Exempla ſuppeditat

Gail. *l. 1. obſ. pract. 18.* Autor præjudic. Camer. *in verb. mandata ſine clauſula.* Sixtin. *de Regal. d. c. 3. n. 95* Klock *d. c. 114. n. 13.* ubi in fin. ait, *non modo in mari & Oceano, ſed etiam in Rheno & Albi ubivis fere locorum receptam eſſe conſuetudinem iſtam, quâ*

Quæſtus naufragio quæritur, corpusq; profundo
Immiſſum pariter quam præda exquiritur ipſa.

Quicquid ſit, nonnunquam tamen bona naufragorum, non vi brocardici noſtri, quam ſæpiùs antè memoratis titulis rectò vindicant territoriorum Domini, ita ut mandatis ſine clauſulâ, quibus alioquin locus eſt, pulſari eâ re nequeant. Illius autem generis exceptiones *Imp. Fridericus* duas ipſe exprimit in *cit. Auth. Niſi*, inquit, *talia ſint navigia, quæ piraticam exercent pravitatem, aut ſint Nobis ſive Chriſtiano nomini inimica.* De priori confer. diſputatio Alberici Gentil. *in lib. 1. de jure Belli c. 4.* Utut fiſci cauſam gravare hîc videatur, quòd res à piratis captæ nec dominium nec dominum mutent jure gentium,

*l.19.§ 2.l.24.l.27. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*Grot.*de* I.B.& P. *lib.3 c.9.* §. *16.*

Reſponderi autem poteſt, vel accipiendo D. Friderici ſanctionem eo de caſu, quo non aderit quiſquam res iſtas vindicaturus: vel dicendo, aliud nihilominus civili lege caveri potuiſſe, quod & largitur H.Grotius *d. c.9.* § 17.ibiq; *in not.* De poſteriori etiam videndus.

Fr.Marc.*vol.2.deciſ.Delphin.424.in fin.* Anton. Scapp.*l.4. de jur. non ſcript.c.32.n.8.* quos cit. Klock *d.loc.*

Tertiò loco afferuntur bona à paſſis naufragium pro derelicto habita; quæ exceptio veriſſima quidem eſt §. *46. ibiq; Dd.I.de R.D.* ſed non de regulâ. Hæc enim agit de eo quod naufragiô expulſum, quale quid non in derelicto eſſe, ſed in deperdito, inquit Javolenus in *l.21.*§.1.*ff.de A.vel.A.poſſeſſ.*

Quartò bona naufragorum, quorum dominus ignoratur, fiſcum inter & inventorem dividi volunt, non ſecus ac theſaurum, Beſold. *de* J*ur.Maj.c.7.n.7.* Sed & talem acquiſitionem telis forſan aliis ritè magis propugnaverimus. Simile autem quid in Regno Neapolitano & Siciliæ Imp. Fridericus conſtituit, ceu diſcimus ex Leg. Sicul.*l.1.tit.58.*§.2. ubi *Curia Regia non intromittere ſemet jubetur*, niſi quando *ex naufragio, quorum res ſunt, aliqui, vel ex iis ſucceſſores legitimi non ſuperſunt.* Nec multum abit quod in Belgio receptum, ut ea demum fiſcus ſua faciat, quæ vindicare Domini intra annum & VI. hebdomades neglexerint.

vid. Zypæ. *Notit.* J*ur.Belg.lib.*10.*tit.de jur.fiſci p.* 24. Cypr.Regner.*in cenſ.Belg. ad* §. 47. *I. de R.D.*

Addimus denique, erga eas gentes, quæ in nos permiſſum ſibi faciunt naufragii iſtud jus, viciſſim nos eodem rectè uſuros:

uſuros: pro quo tùm *rubr. ff. quod quiſq; jur. in al.* tùm faciunt argumenta, quibus repreſſaliarum juſtitiam tuentur Doctores. vid. cumprimis H. Grot. *de* I. B. & P. *l. 3. c. 2. §. 1. ſeq.* Limn. *lib. 4. c. 8. n. 311. ſeqq. l. 8. c. 9. n. 75. ſeq.* Modò tamen gentes illæ Imperio Rom. ſubjectæ non ſint. Circa ipſos enim Imperii cives, cùm jura & judicia in mediô ſint, aliud ſtatuere debemus, iterum ſecundùm normam juris in repreſſaliis recepti

> Kammer-Ger. Ordn. *part. 2. tit. 26.* Gail. *de pignor. c. 2. n. 3.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 2. n. 35.* Limn. *d. c. 8. n. 322. ſeqq.*

Verùm nunc quidem telam iſtam, uti propoſueramus, pertexere quò minùs nobis liceat, multa faciunt, benevole lector: queis tamen ſuam excuſationem non gravabitur æquus quilibet judex; Sed & alio in loco B. C. D. præſtitum iri, quæ omittere in præſentia cogimur, fide eſſe noſtra ſeriò jubemus.

F I N I S.

MENDA GRAVIORA.

Pag. I. lin. 18. leg. *in numerato*. lin. 21. *leg. princeps.*
IV. lin. 6. leg. *dediſcant.*
V. lin. ult. leg *nulli.*
VI. lin. 6. leg *Hierarchia*. lin. 13. leg. *acceſſere.*
IIX. lin. 2. del. punctum, *ante vocem* rectores.
XIII. lin. 13. leg *omne regni &c.* lin. 17 leg. *reperit*
XIV. lin. 9. leg. *inter mortuá*. lin. 17. leg. *munere*. lin. 23 *De.*
XVII. lin. 15 leg. *De.*
XIIX. lin. 1. leg. *Detonſo.*
XIX. lin. 25. leg. *principes.*
XX. lin. 19. leg. τιμὴ ζῶν.
XXVI. lin. 6. & 7. leg. *Comitiis*. lin. 9. leg. 315. *& ſeqq.*
XXVII. lin. 29 leg. *Comitiis.*
XXXI. lin. 11. leg. *Theodor.*
XXXIII. lin. 28. leg. *reſtituti.*
XXXV. lin. 5. leg. *avum.*
XXXIX. lin. 2. leg. *libertatem.*
LIV. lin. 7. leg. *Add.*
LXI. lin. 24. leg. Fürſten-Staet.
LXIIX. lin. 5. leg. *act.*
LXXI. lin. 2. poſt vocem *nuper*, inſeratur: *hac ipſa in re.*
LXXII. lin. 2. leg. Seuſeltz.
LXXIII. lin. 15. leg. *Sanciendo*. lin 25. leg. *quid.*
LXXIV. lin. 7. poſt vocem, *Treutl.* addatur: *dict.*

Ad Nobiliſsimum & Eruditiſsimum

DN. RESPONDENTEM,

Fautorem & Amicum ſuum ſingularem.

SCHULENBURGIADUM *eſt Europæ clara per Orbem*
Fama, nec hac ullo eſt interitura die.
Hanc ut dilates, WERNERE RODOLPHE, *cathedram*
Conſcendis, magni *ſurcule magne* Patris.
Rem facis egregiam, verâ virtute quod auges
Et ſtudiis, partum ſtemma decusq; tuum.
Magna quidem laus eſt, generoſo ſtemmate naſci;
Major ſi Virtus Nobile ſtemma beet.
Virtutem atque Artem Generi Tu jungis Avito,
Inde Tibi veræ Nobilitatis apex.
Gratulor hinc meritò his auſis, ex pectore toto,
Utq; *bene eſt cæptum, ſic bene cedat opus!*
Perge ita ſacrati tractare volumina Juris,
Principibus poteris ſic placuiſſe Viris.
Perge ita preſſa ſequi veſtigia Patris, Aviq;,
Et fies Patrii *Lux quoque magna Soli.*
Quod DEUS *ut faxit, devotâ mente precabor,*
Et precibus clemens annuet Ille meis.

In Dn. Parentem obſervantiæ,
In Filium benevolentiæ conteſtandæ ergò apponebat

GREGORIUS TÜLSNERUS, U J. D.
Conſiliarius Haſſo Darmſtadinus &
Profeſſor *Ordinarius.*

M Gene-

GENEROSO ET NOBILISSIMO

D. RESPONDENTI ſuo ſeriò gratulatur

PRÆSES.

NON aliûm, queis vulgus amet, ſplendeſcere gaudes
SCHULENBURGE *Tuis* ſed *Generoſe* bonis.
Et *Tua* ſi jam ſunt præclarè geſta *Parentum*;
Quæri quod neſcit, quærere *Tené* juvet?
Quin igitur, quod agis, fortis connitere, quondam
Ceu *ſua*, *poſteritas*, quæ *Tua*, læta colat.

ACcorri almo Parnaſſo alla tua Reggia,
Per coronar di SCHULENBURGO *il vanto*
In cui, virtù & Nobiltà gareggia,
Per far chiaro il ſuo nome amato tanto.
Piglia dunque la palma la vittoria, & freggia
Con quelle il Nobil germe d' ogni canto,
Acciò quindi ogn' un l' eſſempio veggia
Che non indarno la virtù ſi chieggia.

Coſi augura al ſuo cordialiſſimo Amico
CONRADO CASPARO Schuhemacher.

DAs iſt der Tugend Ahrt! Sie will nicht vnten liegen/
Sie ſchwingt ſich fort vnd fort/ bald oben an zu fliegen/
Wie ein erhitzte Flamm/ im fall ſie wird erregt/
Mit tauſend Funcken hin biß an den Himmel ſchlägt.
So feyren gleichfals nicht/ hoch auffgeflamte Sinnen/
Ihr eyferiger Fleiß vnd Edeles Beginnen
Steigt von dem Povel ab/ vnd folgt dem Himmel nach/
Biß Er erfreut betritt der Tugend Schlaaf gemach.
O Edler Schulenburg! du theurer Muſen Sohn!
Appollo liebſtes Kind! ſelbſt vnſer Helikon
Gibt dir auch gleiches Lob/ das macht dein ſtetes ſitzen/
Dein vnverdroſſener Fleiß/ dein angeflamtes Hitzen
In Kunſt entbrandter Brunſt: Flamm jmmer Himmel an/
Vnd bleibe wie du bleibſt/ auff ſolcher Tugend Bahn/

Mein

Mein werthſter Schulenburg' ſo muß ich frey bekennen'
Daß du ein rechte Burg der Schulen ſeyſt zu nennen.

Auß Schuldigkeit fügte dieß wenige ſeinem
ſehr guten Freunde hinzu

Gotthardt Hagemeyer.

AOnidum Præſes turbæ præclarus Apollo
Extollit magnos laudibus uſque ſuos;
Hinc qui Theſpiadum ſemper verſantur in hortis,
Et decus & dignum nomen in orbe parant.
Quod Tu perpendens, mentem quoque perpolis arte
Doctrinæ ut celebris nomina remque feras.
Nam quamvis fueris generoſo Stemmate natus,
Ac ſint majores ordine conſpicui;
Artibus ingenuis aſt Tu virtutibus atque
Præclaris operam perge navare tuam.
Nobilitas etenim ſic tandem vera paratur,
Stemmata virtutis quando catena ligat.
Ergo bonis avibus pergas decorare cathedram;
Tete mactabit Phœbus honore ſuo!

Hæc Nobiliſſimo ac Politiſſimo Dn. Reſpondenti,
Amico Commenſali ac Fautori ſuo honoratiſſimo gratulabundus appoſuit

ERNESTUS Hattorff.

TE beneſvadus amor ſtimulat, Te maſcula virtus
Digna patrare jubet generoſo ſtemmate, nomen
Et Themis ac Artes latè diffundere mandant.
Indole Tu celsâ, Tu cultu ſplendidus Artis,
Sanguinis Heroi laudato ſemine natus
Duplice nobilitas ſumma Te nomine laudis,
Gente *quod inſignis, cupias &* mente *nitere,*
O tu *nec tantùm, ſed &* Arte *virere labores!*
Egregiè! ſequeris Patritum nomen; humoq;

Exſurgis,

Exſurgis totus victor voliuſq; per ora
Nobilium procerum, ſummè doctûmq; virorum.
Gaudet avita domus, quod ſis ad utrumq; paratus,
Et per Virtutem *celebris ſis atq; per* Artem.
Auſpicium felix cujus jam mittis in orbem,
Dum reputas magnum momentum ſub duce Phœbo.
Jam Cathedram (ut docti faciunt) conſcendere, & almi
Almas ingenii dotes expandere largè.
Gratulor huic ſummo cœpto, comitantur honores
Quod ſummi, nec non ſtipant encomia magna.
Introeas felix Muſarum ſumma Theatra,
Inter & aſtra caput condas. Hæc ſunt mea vota!

Ita applaudere voluit, debuit

JOHANNES Hattorff.

GLoria nulla venit, niſi ſit ſudore parata,
Nec comitatur honor, ſi labor omnis abeſt:
Gloria virtutem ſequitur, virtusque laborem:
Ac eſt virtutis gloria certa comes.
Eximium ſpecimen cujus nunc omine fauſto
Tradis, & ex agro divite fundis opes.
Inſtat jam meſſis, quæ ſumptus penſat abundè,
Quos inſumpſiſti hîc, arva ſerendo bene,
Idcircò pingues extemplò collige fructus,
Et cape dona tibi, quæ tibi Muſa parat.
Nobile doctrinæ, quod ſcandis, ſcamna decora,
Ac patriæ laudem gigne decusque tibi.

Nobiliſſimo & Generoſiſſimo Domino SCHULENBURGIO, *Reſpondenti dexterrimo, Amico & Fautori ſuo honoratiſſimo*

F.

OTTO HENRICUS à Bohtmar, Luneburg.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA